

Correspondance de Chrétien Lupus avec Augustin Favoriti*

120.— *Lupus à Favoriti*

[Rome, après le 27 mai 1677]

Les intérêts de la province religieuse des augustins. — P. Magister Christianus Lupus, ordinis S. Augustini, provinciae Belgicae prior provincialis, veniens ad Urbem constituit provinciae vicarios in absentia, non-obstante eo quod inaudisset Patrem Generalem alium quemdam nempe P. Magistrum Ioannem Schweitzer, Coloniensem, provinciae rectorem constituisse, aut constituere velle.

Protulit autem P. Lupus in suis litteris veluti palmare fundamentum quod Eminentissimus D. Cardinalis Cibo scripsisset, nihil innovandum esse in provincia Belgica donec P. Lupus ad Urbem pervenisset.

Modo Patres Priores qui voluerunt deferre Em^o D. Card. Cibo, et propterea detrectarunt publicare litteras Patris Generalis, quibus praefatus P. Ioannes Schweitzer, Coloniensis, declaratur provinciae rector, timent ne forte auctoritate Patris Generalis molestentur per Patrem Schweitzer, rectorem ab eo designatum, et ab officio deponantur. Quod sane vergeret in magnum scandalum Fratrum acurbationem.

Hinc supplicatur ut Illustrissima Gratia Vestra occurrere dignetur isti malo, efficiendo ut Em^{us} D. Cardinalis Cibo cras desuper scribat Ill^{mo} D. Nuntio Coloniensi, et mandet nihil innovari, et Patres Priores, praesertim tractus Leodiensis, qui litteras Patris Generalis publicare nolunt, nullatenus desuper molestari. Timet quippe Prior Leodiensis quam citissime deponi ab officio.

Si Ill^{ma} V.G. dignetur curare idem scribi Ill^{mo} D. Internuntio Belgii pro conventibus in Belgio sitis, occurret etiam multis turbis etiamnum vigentibus, et quae vix aliter sedari possunt.

F.F.C., dossier 27, f^o 10r.

121.— *Lupus à Favoriti*

[Rome], le 7 juin 1677.

Demande d'une entrevue. — Post meridiem opto loqui Vestrae Gratiae. Hinc supplico noscere an non sit futurum impedimentum? Et in quam horam?

F.F.C., dossier 27, f^o 115r.

* Augustiniana, pp. 131-217.

122.— *Lupus à Favoriti*

[Rome], le 9 juin 1767

Prochaine rencontre. — Ago gratias de tanto in me indignum studio. Hora vigesima per Dei gratiam adero Illustrissimae Dominationi Vestrae.

F.F.C., dossier 27, f° 114r.

123.— *Lupus à Favoriti*

Rome, le 17 juin 1677

Les intérêts de la province religieuse des augustins. — Dum Gratiae Vestrae cogor esse importunus, est mihi acerbissimum. Supplico benigne ignosci. Elapsi Maii Calendis Pater Generalis denuo litteras novi rectoris constitutivas misit in Belgium. Et illae tantum fecere motum, ut regia Concilia iterum manus apposuerint.

Rei seriem G.V. cognoscet ex adiunctis regii conciliarii ad nos litteris ⁷⁵).

Talia scandala evertunt non solummodo augustinianum isthic Ordinem, sed et foetere faciunt Romanam Ecclesiam. Ex hoc enim fonte creduntur mala procedere. Deinde in hoc conventu sunt quatuor fratres Belgae qui sine meo scitu et benedictione abierunt. Quartus heri advenit. Illum a Patre Generali rogavi castigari et statui in exemplum. Quid facturus sit docebimur a tempore.

Certe tales libertinae Fratrum divagationes non fiunt sine animarum vulnere et offensa fidelis per Europam populi. Haec praesentibus Belgii calamitatibus importunissima mala me agunt in summum moerorem.

Hinc duo : primo ut ista charta signetur a D. Assessore, deinde ut D. Mutus ⁷⁶) hisce indignis, praesertim ob constitutos a me vicarios, molestiis det tandem finem. Utinam proximo sabbatho.

F.F.C., dossier 27, f° 116r.

⁷⁵) Voici cette annexe, dépourvue de toute autre indication : « Turbulentiae novae hic exortae fuerunt ex adventu Patris Zehweitzers, et nisi Concilium per divinam Dei providentiam remedium promptum illis attulisset, non tantum omnium religiosorum animi undique magis et magis fuissent perturbati, sed et commotio publica causata in magnum Ordinis scandalum, et ipsiusmet Ecclesiae ac regiae auctoritatis detrimentum. Unde cum omnis anima potestatibus sublimioribus subdita esse debeat, proptereaque potestatem Deus principibus dederit, ac in eorum manu ensem posuerit, mirari vos non debetis, quod Concilium regis hisce negotiis pro ipsa tranquillitate publica, unde ipsa salus Ecclesiae dependet, se immiscuerit »; *ibid.*, f° 118r.

⁷⁶) Auditeur du cardinal protecteur.

124.— *Lupus à Favoriti*

Rome, le 3 juillet 1677

Les intérêts de la province religieuse des augustins. — Cogor denuo esse Illustrissimae Gratiae Vestrae importunus. Audio Patrem Heckium aliqua machinari in Palatio; misisse die hesterna scripturam utcumque fusam ad Illustrissimum D. Spinola, et memoriale illico praelegendum Sanctissimo Domino. Dicitur agere apud eundem Ill^mum Spinola vel etiam apud Ill^mum De Luca et moliri hodie per utrumque machinationis suae executionem. Quid intendat nescio; forte confirmationem rectoris a Patre Generali constituti, per S. Congregationem Regularium, forte causae principalis de capituli valore ad idem tribunal avocationem. Videt enim Eminentissimum D. Protectorem cum suo auditore D. Muto nobis favere.

Humillime supplico ut super hoc invigilare dignetur Ill^{ma} G.V.

F.F.C., dossier 27, f° 119r.

125.— *Lupus à Favoriti*

Rome, le 14 juillet 1677

Les intérêts de la province religieuse des augustins. — Supplico scire an Illustrissima Gratia Vestra perceperit Sanctissimi Domini responsum ad memoriale quo postulabatur exclusio Patris Heckii.

Etiam supplico rei nostrae expeditionem per occasionem commendari Domino Protectori et Domino Muto. Insuper supplico advocari Patrem Procuratorem generalem ac animari ad iustitiam.

F.F.C., dossier 27, f° 121r.

126.— *Lupus à Favoriti*

Rome, le 17 septembre 1677

Les intérêts de la province religieuse des augustins. — Ex toto corde supplico induci Illustrissimum Dominum De Luca ad confirmandum vicarium, quatenus provincia sit libera a motibus et scandalis. Capituli negotium tunc poterit maturius examinari. Interea provincia non potest stare sine capite.

F.F.C., dossier 27, f° 237r.

127.— *Lupus à Favoriti*

[Rome], le 23 novembre 1677

Les intérêts de la province religieuse des augustins. — Dies diem, mensis mensem trudit, et nostra miseranda provincia permanet in calamitatibus. Ego item confundor, toties Gratiam Vestram a gravissi-

mis negotiis distrahere. Hinc humillime supplico ut Eminentissimum D. Albritium [Albrizzi] ad causam nostram proxime finiendam permovere dignetur Illustrissima Vestra Benignitas.

F.F.C., dossier 27, f° 123r.

128.— *Guillaume Wijnants, augustin belge de séjour à Rome, à Favoriti*
Rome, le 16 août 1678

Les activités littéraires de Lupus. — Apprecor Gratiae Vestrae felix Assumptae Virginis festum. Heri P. Magister Lupus componendo absolvit quidquid respicit Paschasium Quesnellum de gallicanis appellationibus. Impendo operam ut omnia nitide exscribantur.

A diebus decem inciderat mentio de Petro a Marca, quod hic sit quasi fons omnium istarum venenatarum venarum, atque ita rogabam P. Magistrum ut ipsum fontem dignaretur aggredi et secare. Et ecce, hodie, ad maiorem Dei et Assumptae Virginis gloriam, manum huic apponit. Una cum ipso refutabit praefationem Balluzianam. De Regaliis maior erit difficultas. Si maneamus sub Franco, erit res nimis delicata.

F.F.C., dossier 27, f° 131r.

129.— *Lupus à Favoriti*

Rome, le 15 avril 1679

Remise d'un mémorial. — Adiunctum memoriale praesumo commendare Illustrissimae Dominationi Vestrae. Et commendo ex pleno corde. Deus Optimus Maximus Dominationem Vestram Illustrissimam diu custodiat.

F.F.C., dossier 27, f° 135r

130.— *Lupus à Favoriti*

[Rome], le 7 mai 1679

Les intérêts du couvent des augustins à Huy. — Gratiae quam conventui nostro Huensi fecit S. Congregatio, D. Datarius, licet mihi optima promiserit, dicitur esse omnino contrarius. Timeo ne Suae Sanctitati sinistram impressionem faciat. Hinc supplico ut D. Datarium componere dignetur Ill^{ma} V.G.

F.F.C., dossier 27, f° 137r.

131.— *Lupus à Favoriti*

[Rome], le 19 mai 1679

L'imminent chapitre général des augustins. — Nihil mihi magis est in votis quam ut crastina electio fiat ex inspiratione Spiritus Sancti.

Nam S. Augustini Ordo est diffusus per omnem Ecclesiam, ideoque eius bona directio est non parvi ponderis. Porro in omnibus nobis Spiritus Sanctus invenit quaedam suae gratiae et sui luminis obstacula. Hinc supplico per Gratiam Vestram permoveri Suam Sanctitatem ad serio monendum D. Protectorem quatenus curet eligi personam aptam et dignam.

F.F.C., dossier 27, f° 139r.

132.— *Lupus à Favoriti*

Rome, le 31 mai 1679

Prière de pouvoir retourner aux Pays-Bas. — Effusa Vestra in me indignum Benignitas dignetur pauca haec verba non male accipere. Si hic remaneam residui mei dies, haud dubie pauci, ideoque studiose impediendi, transibunt in vanitate ac moerore, sine fructu. Ex multis rationibus. Sufficiat iam duos annos ita evanuisse. Hinc humilissime supplico, ut me absolvere dignetur Gratia Vestra, quam Ecclesiae suae divina Clementia diu custodiat.

F.F.C., dossier 27, f° 141r.

133.— *Augustin Favoriti, secrétaire aux lettres secrètes, à Guillaume Wynants, augustin des Pays-Bas.*

Rome, le 24 juin 1679

Civilités. Ouvrage contre Quesnel. Éloge de Lupus. Division de la province religieuse. — Ubi litteras a te, felicis tui in Belgium adventus nuntians, accepi, rogavi P. Christianum Lupum ut me tibi vehementer occupatum excusaret, si non ita subito responderem, atque interim plurimam meis verbis salutem et uberes de humanissimo officio gratias agerem. Non dubito quin des veniam negligentiae meae, et vehementer peto ut non ex illa, sed ex opportunitatibus tibi serviendi, meum erga te studium metiare. Quae nuper oblata videbatur, evanuit, sicuti ab eodem P. Lupo cognoscere potuisti, et videor mihi significasse Illustrissimo Internuntio [Tanara] qui fratrem tuum, magna cum familiae tuae laude et commemoratione in hanc Sanctam Sedem commendaverat.

Ubi alia occasio se obtulerit, scribe ad P. Lupum, ut me certiore de ea faciat. Qua enim benevolentia, cura, fideque eiusdem Patris contubernium coluisti, eadem ego res et negotia tua curabo.

Opus adversus Quesnellum in procinctu iam est ut typis S. Congregationis de Propaganda Fide imprimatur [W. n° 4231]. Magna in expectatione est apud omnes tum hoc, tum alia eius opera quae, te quodammodo obstetricante, in Urbe elucubravit. Sanctitas Sua quotidie magis eum diligit et in pretio habet. Spero idipsum uberiori etiam testimonio aliquando etiam declaraturum.

Vale et me Patri Ledrou plu imum commenda. Laudo separationem provinciae, neque in ea procuranda deerit P. Lupo opera mea.

F.F.C., t. 8, f° 121r-122r.

134.— *Lupus à Favoriti*

Rome, le 30 juin 1679

L'affaire d'Alphonse de Bergdes, archevêque de Malines. — Obnixus supplico ut Illustrissima Gratia Vestra dignetur efficere quatenus in locum non D. Cardinalis Casanata, sed potius D. Cardinalis Carpeigna sufficiatur D. Cardinalis Anglus [Howard, P.O.], aut certe D. Cardinalis Nitardus. Rationes dicam praesens. Omnino enim oportet tandem dari finem lamentandis scandalis et litibus. Et nisi bene fiat, videbimus et dolebimus excitari flammam maiores. Etenim istius Archiepiscopi aut certe qui ipsi adsistunt, insolentia excedit limites.

F.F.C., dossier 27, f° 143r.

135.— *Lupus à Favoriti*

Rome, le 3 août 1679

Avertissement à l'encontre d'un personnage dangereux. — Supplico ut Apostolica Sedes huic viro [Huygens?] non praebeat fomenta. Etenim timeo ne pessumdat omnem iurisdictionem ecclesiasticam, sicut turbavit pacem. Etenim ministri regii, dum viderint moveri populum, non desinent manus apponere.

F.F.C., dossier 27, f° 145r.

136.— *Lupus à Noris, à Florence*

Rome, le 12 août 1679

Civilités. — Expletis negotiis tandem aliquando revertor in Belgium, post paucos dies me daturus in iter. Post decem aut duodecim. Ex corde velim adhuc videre Eximiam Paternitatem Vestram, quod video fore difficile. Etenim meus collega [Vianen] non vidit Lauretum. Et penitus expedit ac decet, ut videat. Dum hinc exiverimus, denuo scribam Reverentiae Vestrae, ac etiam Serenissimo Domino Duci, acturus gratias de impensis honoribus ac beneficiis. Si placeret Divinae Gratiae, ut possemus vos alicubi videre, in transitu, esset longi gratissimum. Interim rogo officiosissime salutari Illustrissimum Dominum Anthonium Magliabecum, et Dominum Alexium Lamberti, quos unacum Reverentia Vestra Deus diu custodiat.

Firenze, Bibl. Centr., Cl. VIII, 1175, f° 84r.

137.— *Lupus à Magliabecchi, à Florence*

Rome, le 27 août 1679

Civilités. — De transmisso erudito et curioso opusculo summas debeo et ago gratias. At longe maiores de nimio affectu, quem Illustrissima Vestra Benignitas est dignata exprimere in suis literis. Speraveram transire per Florentiam, et praesens tanto meo patrono exhibere debita officia. Et praesertim Serenissimo Domino agere gratias de summis mihi indigno exhibitis honoribus. Verum meus collega [Vianen] numquam salutavit Dominam Lauretanam, ideoque compellor istud iter ingredi.

Humillime supplico, ut Illustrissima Dominatio Vestra per occasionem dignetur animi mei propensionem, et omnis servitii professionem exponere Suae Celsitudini. Si Divina Clementia aliquid temporis mihi adhuc dederit, conabor dare publicum grati animi testimonium. Semper etiam vivam promptus et obstrictus ad famulatum Illustrissimae Vestrae Benevolentiae cui certe debeo plurimum, et cui me ex pectore commendo. Etiam commendo nostrum Alexium Lamberti. Et supplico officiosissime salutari Reverendum Patrem Henricum de Noris, cum quo Illustrissimam Dominationem Vestram Divina Clementia diu custodiat.

*Firenze, Bibl. Centr., Cl. VIII, 1175, f° 78r.*138.— *Lupus à Favoriti*

Ferrara, le 9 septembre 1679

Le voyage de retour. L'approbation de la Censure de Louvain. — Hesterna die salvi pervenimus Ferrariam, quod adscribimus divinae misericordiae, et piis patronorum votis ac precibus, sperantes ea non defutura donec pervenerimus ad nostrum terminum. Porro dum in via maturius consideravimus rerum nostrarum statum, visum est fore expediens, ut ex parte Suae Sanctitatis, quis doceret nostrum Apostolicum Internuntium de omnibus quae ab Apostolica Sede gratiose accepimus. Praesertim de approbata, aut certe non improbata Censura Lovaniensi ac eius Justificatione circa materiam de divinae gratiae decretis atque auxiliis. Ego omnino suppono esse factum; si tamen non fuerit, hoc innumeris Illustrissimae Dominationis Vestrae in nos beneficiis supplico adiici, ut talis epistula scribatur in Belgium, et ipsam illic reperiamus tradendam Domino Internuntio. Etiam nos commendamus precibus Illustrissimae Dominationi Vestrae, quam Deus Optimus Maximus Ecclesiae suae diu custodiat.

F.F.C., dossier 27, f° 147r.

139.— *Paul Mariani da Sancta Fiora, augustin, aux Cardinaux du Saint-Office*

[Rome, vers la fin de septembre 1679]

L'affaire de Chrétien Lupus. — Fra Paolo Mariani da Sancta Fiora, agostiniano, rappresenta humilmente all'Eminenze Vestre come nel mese d'Agosto [Settembre] di quest'anno corrente 1679, un giorno o due doppo che parti di Roma Fra Christiano Lupo, maestro dell'Ordine eremitano di S. Agostino, è uscito dalla stamparia di Giacomo Antonio de Lazzaris Varese un piccolo volumetto intitolato *Brevis disceptatio theologica de honestate contritionis et attritionis* nel quale alla facciata 14, con sofismi frivoli e con esplicationi e commenti manifestamente malitiosi, vengono attribuite al detto P. Lupi sentenze opposte alla verità cattolica, e perché secondo l'insegnamento di S. Girolamo, Epistola 61 ad Pamachium, non deve l'oratore soffrire un' ingiuria cotanto enorme dalla quale resultarebbe molto discapito alla sua religione: *nolo in suspitione haereseos quemquam esse patientem ne apud eos qui ignorant innocentiam eius, dissimulatio conscientiae iudicetur*; supplica humilmente l'EE.VV. a degnarsi di far rivedere il prefato volumetto per liberare il P. Maestro Lupo e la religione agostiniana da un' ingiuria cosi manifesta, lasciando all' infallibile prudenza dell'EE.VV. il riflettere insieme se l'autore di esso habbia contravenuto al decreto di cotesta S. Congregazione emanato li 5 Maggio 1667.

F.F.C., dossier 27, f° 4r.*Annexe I*

Ne autem iste supplex libellus aliquo robore omnino destitutus appareat et solis precibus innixus videatur, doctrinam ex Gregorio de Valentia, uno ex praecipuis Societatis Jesu doctore desumptam affero per quam adversariorum laquei deteguntur et Lupi sententia defenditur et stabilitur. Ipse namque in tertia parte, disputatione 7, quaestione 2, pagina 1196 haec habet[...] Plura alia habentur penes eundem auctorem eiusdem tenoris quae si recte ponderentur Lupi sententiam digito praemonstrant.

Ibid., f° 180-181r.

Annexe II

Elenchus propositionum ex adverso a P. Requesenio, Societatis Jesu theologo, et a P. Christiano Lupo, theologo agostiniano. Opposita iuxta se posita magis elucescent. [*Dix-neuf propositions sont mises en parallèle*].

Haec[...] sunt propositiones et quas compilavit in sua *Disceptatione* P. Requesenius et quas in sua *Dissertatione* edidit Lupus. Si vero attente et omni exclusa affectus propensione legantur et ponderentur,

statim dignoscetur quam immerito et sine causa insurrexerit in Lupum P. Requesenius. Debuerat non in superficie et oscitanter tractare *Dissertationem*, sed serio et irremissa acie. Deinde pari sedulitate revolvere *Epistolam familiarem ad P. Henricum Noris*, in qua has repullulantes frivolas accusationes diluit et subvertit[...]

Ibid., f° 182-183v.

140.— *Lupus à Favoriti*

Bruxelles, le 28 octobre 1679

Le retour aux Pays-Bas. Les démarches à Bruxelles. Le livre contre Quesnel. — Elapso Sabbatho Illustrissimae Gratiae Vestrae retuli nostrum adventum in Belgium; verum cursor iste ad Belgii fines fuit spoliatus a latronibus, ideoque cogor eadem compendio repetere.

Itaque elapsa septimana sani advenimus Lovanium, quinquagesima die nostri itineris. Et quidem ego onustus beneficiis Suae Sanctitatis, Illustrissimae Beneficentiae Vestrae, ac totius Romanae Ecclesiae quae nulla radet oblivio. Nunc Bruxellis degimus, nostra apud Almam Urbem acta exponentes Domino Gubernatori, Domino Praesidi aliisque Belgii Rectoribus. Et omnia illis perplacent, praesertim illa, quae sub finem nobis per Suam Sanctitatem, Dominos Cardinales, ac per Illustrissimam Vestram Gratiam verbotenus mandata sunt circa cleri pacem, ac circa eliminandas novitates, quae irrepere coeperant in cultum Sanctorum ac sacrarum imaginum, et in sacramentum poenitentiae. Etenim ab his praesertim pendet pax Belgicae Ecclesiae. Dominus Gubernator de his rebus nuperrime ad omnes episcopos, et ad omnia provinciarum tribunalia scripsit encyclicas literas, quas haud dubie placituras exhibebit Pater Seraphinus, et in latinum transferet e gallico. Illustrissimus Dominus Praeses, verus zelotes catholicae ac praesertim Romanae Ecclesiae, avidissime desiderat eadem capita confirmari per breve apostolicum, et sic componi hic omnia. Hoc sperat a pietate Sanctissimi Domini Nostri cuius vere apostolicum pectus omnes hic admirantur, colunt, atque adorant. Et ex pleno corde ipsi exoptant annos plurimos. Quod ipsum praedicari audivimus per omnem Germaniam.

Hic etiam ago de imprimendo opere contra Paschasium Quesnelum, etc. Et expedit statim exordiri. Hinc supplico statim instrui de illis, quae forsitan placuerit addi vel demi. Gratia Vestra quandoque meditata fuit praefigere epistolam, qua me urgeret ad opus, et certas quaestiones proponeret. Si eadem mens perseveret, rogo expleri per primam opportunitatem alicuius feriae a continuis occupationibus. Mora enim hic non caret periculis. Etiam nobis hic desunt feriae; ideoque plura scribam redux Lovanium. Tunc item explere conabor officia quae debeo Eminentissimis Dominis. Interim omnia faustissima voveo Sanctissimo Domino Nostro, et eius sacrosanctos pedes humillime

exosculor, eidem apprecans annos de meis. Etiam Illustrissimam Dominationem Vestram divina clementia Ecclesiae suae diu custodiat.

F.F.C., dossier 27, f° 151rv.

141.— *Observations de Raymond Capizucchi, maître du Sacré-Palais sur le livre De appellationibus de Lupus*

[Rome, vers la fin d'octobre 1679]

Adnotanda in opere P. Magistri Christiani Lupi.

1. Observandum auctorem in hoc opere uti stylo confuso, obscuro et nimis inculto et parum latino, immo aliquoties barbaro.

2. Nimis acriter in eos quos oppugnat invehitur, multasque iniurias et mordacitates intermiscet.

3. Modestius posset loqui de Petro de Marca, nam hic opus de *Concordia sacerdotii et imperii* non edidit, nec edi volebat, cum potius eorum quae in opere illo minus recte dicuntur retractationem scripserit; fuit autem eius opus praefatum editum post illius mortem a Stephano Balusio.

4. In dissertatione prima, capite primo, refert verba S. Honorati Massiliensis episcopi, quibus Honoratus S. Hilarium defendit in causa Celidonii episcopi contra S. Leonem Romanum pontificem, eundemque Honoratum confutat opponens ipsa verba S. Leonis. Pro aliis vero locis sequentibus, ut videbimus, dicit P. Lupus quod verba et narratio illa non est S. Honorati. Debuit P. Lupus id observare in hoc primo capite, ut fortius S. Hilarium confutaret et S. Leonem defenderet.

5. In eodem capite dicit S. Leonem Hilario indulsisse locum inter iudices, idque colligere se dicit ex verbis ipsius Leonis in litteris ad episcopos Viennensis provinciae, in quibus sic ait : *Hilarius nobiscum residens quid posset opponere non habuit*. Videndum an S. Leo in verbis illis *Hilarius nobiscum residens*, significare voluerit quod Hilario locum indulserat inter iudices.

6. Ibidem sic ait : *Etiam Nestorius, licet a S. Papa Celestino degradatus, propter interiectam appellationem, fuit ab Ephesino Synodo, uti religiosissimus adhuc episcopus admissus ad synodalem concessum*.

Hic videndum an et quonam Nestorius a S. Coelestino fuerit degradatus. Deinde aliquid addendum ut innotescat Ephesinam Synodum non contra voluntatem S. Coelestini emisisse Nestorium ne videatur concilium supra pontificem et contra pontificem egisse.

F.F.C., dossier 27, f° 196rv.

142.— *Cajetan Miraballi, théatin, archevêque d'Amalfi, au pape Innocent XI*

[Rome, vers la fin d'octobre 1679]

Jugement sur le livre De appellationibus de Lupus. — Percurrebam iterum opus manuscriptum P. Christiani Lupi contra Petrum de Marca,

olim Archiepiscopum Parisiensem, et Paschasium Quesnellum, aliosque auctores Gallos recentiores, a dissertatione secunda usque ad quintam et ultimam super controversia nuper ab ipsis mota *De Appellationibus episcoporum* ad hanc S. Sedem. *Exposé de six pages, finissant sur cette conclusion :*

Unde censui aliqua delenda ex toto hoc opere P. Christiani Lupi, quae possent supereminare zizania, offensiones et iurgia in Ecclesia. Rursus alias visa sunt corrigenda quae non admodum apparent favorabilia iuribus et privilegiis huius Sanctae Sedis ⁷⁷⁾.

F.F.C., dossier 27, f° 162-164v.

143.— *Jérôme Casanate, cardinal, à Favoriti*

Rome, le 4 novembre 1679

La défense de Chrétien Lupus, augustin, professeur à Louvain. — Il Padre Maestro Sabatini, agostiniano [...] ha consignata l'acclusa scrittura in difesa del P. Maestro Lupi *Adversus calumniatorem*, rimettendo al mio arbitrio il comunicarla con chi è deputato alla cognitione della causa. La sostanza mi par buona e convincente. La maniera acre e poco degna della modestia religiosa[...] pare si può correggere. Io ardisco di metterla riverentemente nelle mane di Vostra Eccellenza, quando giudicasse a proposito di lasciarla vedere nella Congregatione del S. Offizio.

Rome, Bibliotheca Casanatense, Stanza Casanate, dossier 332.

144.— *Lupus à Favoriti*

Louvain, le 10 novembre 1679

La Censure de Louvain. Le livre contre Quesnel. Les intérêts de Scaille, de Huygens, de Van Vianen. Le différend avec l'archevêque. — Quod salvi pervenerimus in Belgium, adscribo piis Gratiae Vestrae pro nobis ad Deum precibus. Admodum gaudeo, quod Illustrissima Vestra Benignitas sit dignata Censurae Lovaniensis approbationem firmare ac exponere. Sacrae Congregationis circa ipsam opus est omnino sufficiens ad scholam hanc liberandam a calumnia.

Quam primum curabo, ut prelum laborare incipiat contra Paschasium Quesnellum, aliosque adversarios Sedis apostolicae. Dominus Orator Regis nostri catholici ad nostrum Dominum Gubernatorem scripsit et rogavit, ut istud opus non permitteret imprimi. Quod haud

⁷⁷⁾ Cette lettre est accompagnée d'un exposé plus détaillé, du même Miraballi; ibid., f° 166-172v. et d'un écrit, sans doute du même auteur : *In secunda dissertatione P. Christiani Lupi contra Paschasium Quesnellum videntur immutanda vel corrigenda sequentia, ut opus evadat absolutissimum et maxime opportunum, ac utile Sanctae Sedi apostolicae pro qualitate temporum*; ibid., f° 174-176v.

dubie fecit ad preces oratoris gallici. Hinc Dominus Gubernator serio a me inquisivit, quid isto libro contineretur. Et asserenti nihil contineri, nisi defensionem divinorum privilegiorum Sedis apostolicae, respondit talia a se impediri non posse nec esse impedienda.

De canonicatu, quem Gratia Vestra obtinuit pro fratre Domini Scaille, debeo immortales gratias. Certe Illustrissima Vestra Benignitas me cumulat non solum propriis beneficiis, sed insuper alienis. Et aliud nescio reddere, nisi preces ad divinam clementiam.

Ego meum, pro Domino Huygens suffragium nullatenus misi. Dominus Viane suum misit me inscio. Et hoc non intellexi, nisi redux Lovanium. Et fui non parum admiratus. Expediet in executionem mitti illa quae circa theologicam hic facultatem mutanda ac emendanda rogavi ab Illustrissima Dominatione Vestra, et quorum memoriam tradidi Domino Cardinali Rospigliosio. Dominus Viane haeret Bruxellis, ideoque salutare non potui. Ex corde supplico tandem dari finem pacificum, ac Belgarum moribus conformem, quaestionibus Domini nostri Archiepiscopi.

Deus Optimus Maximus Illustrissimam Dominationem Vestram catholicae Ecclesiae diu custodiat incolumem.

F.F.C., dossier 27. f° 153r-154r.

145.— *Joseph Sabatini, augustin, à Jacques Florelli, augustin, maître en théologie à Venise*

Rome, le 13 novembre 1679 ⁷⁸⁾

L'affaire de Chrétien Lupus. — Accepi litteras tuas quibus mihi significas de Lupo nostro sinistros apud vos spargi rumores, quod nempe apud Sacrae Fidei quaesitores a Patribus Societatis vir incomparabilis haereseos nuper sit postulatus. Deinde scribis quod suspenso animo ac sollicito scire aves quid hoc rei sit, quandoquidem vereris ne accusatorum potentia tanti viri existimatio in discrimen adducatur. Mox etiam atque etiam rogas quam maturime sollicitudini tuae consulam; hoc est, an vera sint quae rumoribus istis perferuntur, statim tibi perscribam.

Ad singula, amicorum optime, tibi morem geram. Quid enim veteri amicitiae nostrae negari potest tam honesta praesertim postulanti? Verum in primis moneo, immo vero iubeo ut bono sis animo ac tranquillo. Etenim tanta est clarissimi viri eruditio et sapientia, tanta eius vitae probitas morumque integritas ac demum tanta vel in summa doctrina ipsius animi moderatio et modestia, ut necesse sit quod vel ipsa malignitas oppilet os suum, rubore suffusa. Nunc ad causam, sed quo eam plenius perpendere possis, a prima origine et quod dici solet ab ovo eam ipsam repetendam censui.

⁷⁸⁾ Déjà le 1^{er} novembre Sabatini avait écrit à son confrère sur le même sujet; cf. G.J. HOOGWERFF, *Bescheiden in Italie*, t. III, La Haye, 1917, p. 116.

Non ignoras, Vir doctissime, iam paene saeculum esse ex quo inter Societatem Jesu et facultatem Lovaniensem gravis orta est simultas. Quod Molinae novam de divinae gratiae auxiliis et praedestinationis doctrinam quam Patres Societatis in Belgio primi docere coeperant, celebris illa academia non solum omnium prima gravi censura notavit, sed etiam celeberrimis Salmantinae ac Parisiensi-bus universitatibus exemplo praeivit ut prophanae Pelagii vocum novitates iterum redivivae gravissimis edictis proscriberentur. Porro has animi offensiones novis subinde occasionibus magis magisque in dies recrduere, sed nulla magis de causa in immensum exarserunt quam quod eadem academia publica legatione ad Sedem apostolicam missa, propositiones eas quarum indicem ad te iam misi, quarumque Patres Societatis vel auctores sunt vel certe propugnatores, iudicandas detulit quae etiam post longum ac maturum examen apostolico stylo, ut scis, confixae fuerunt.

Ac vero nihil aequae Sociorum magis pupugit animos quam causa cecidisse. Verbis explicari non potest quantum propterea urantur eorum animi. Quippe qui privatim publiceque gloriari solerent, sicut olim in controversia de auxiliis sub duobus pontificibus Clemente VIII et Paulo V adversariorum conatus nullo causae exitu in irritum cessere, ita et nunc apud tertium pontificem Innocentium XI Lovanienses oleum et operam perdituros. Et quidem nihil per eos stetit quo minus vera praedixisse miraremur. Quid enim ipsis intentatum, quidve ommissum quod vel causae comperendinandae vel sententiae sufflaminandae conducibile magis eis videbatur? Principum virorum favores, illustrium feminarum preces, maximorum regum officia numquid non in hunc finem ab eis adhibitae? Sed, Deo bene volente, in ventos et in cassum omnia. Nam artibus omnibus superior fuit Sanctissimi D.D. Innocentii XI apostolicum robur et constantia, Eminentissimorum DD. Cardinalium vigor et sapientia, DD. Consultorum integritas et diligentia; unde secus quam ipsi Patres crediderant et evulgaverant, insanas illas opinionum moles vaticano fulmine disiectas ac protritas, dolenter nimium ingemiscunt.

Quoniam vero noster Lupus invisae legationis mens, dux et siraena fuit, immane quantum sibi propterea apud eosdem Patres odii sibi pepererit atque invidiae. Sane numquam illustrius patuit fixum hoc esse Societati non solum plumbeas iras gerire, sed adversarios quocumque modo et per quoscumque ulcisci. Hinc illa apud oratorem Christianissimi regis accusatio quod vir eximius de rege maximo minus honorifice loqueretur. Hinc ille libellus utique famosus cui titulus *Specimen doctrinae Lovaniensium*. Hinc ille vel ab ultima Thule accusator [Porter] conductus auroque multo emptus. Hinc illa denique municipalium rubigo dentium in eundem Lupum aut quaesita aut provocata. Video te ad has indignitates mirum in modum commoveri atque etiam vehementer indignari sed inane dum et maiora accipe.

Quamdiu vir egregius hic apud nos Romae mansit (fuit autem

ultra biennium) Sociorum nemo contra ipsum nequidem hiscere ausus est; an lupi eos videre priores? Caeterum vir laudatissimus pedem Urbe extulerat, cum ecce tibi in vulgus spargi coepit quaedam scriptiuncula ita inscripta: *Brevis disceptatio theologica de honestate contritionis et attritionis, earumque sufficientia ad remissionem culpae in Sacramento vel extra Sacramentum poenitentiae, auctore Josepho Maria Requesenio, Societatis Jesu theologo*. Ea vero probis quibusdam et cordatis viris non mediocriter stomachum movit, scilicet reputantibus quod non modo boni Patres scriptione ista tamquam pro viatico Lupum abeuntem prosequi voluerunt. Sed etiam quod virum omni praeconio maiorem quasi minus recte de religione sentientem ipsius auctor invidiosissime calumniari non vereatur. Quocirca idem ipsi apud supremos fidei quaesitores merito postularunt ut lege Alexandrina atque etiam aeterna quae est de calumniatoribus, in P. Resquesium ageretur. Sed quid? Ubi primum Reverendi Patres hoc resciverunt? Quid enim eos homines latere potest qui plena delatore multo utuntur Urbe? Ubi inquam Patres Societatis Requesenii nomen delatum fuisse resciverunt, in uno socio periclitari Societatem suam rati, per totam Urbem iactitare, ambire ac prae-hensare extemplo coeperunt et quotquot vel sibi addictos vel suae disciplinae imbutos norunt, in tutelam Socii ac patrocinium advocare. Neque iis contenti ad solitas eorum artes converti ut maiorem Lupo invidiam conflarent cum per se, tum per emissarios suos in aulis, in coetibus atque etiam populi corona, primum quidem mussitare, mox deinde etiam palam spargere non erubuerunt, quod clarissimi viri scripta perniciosissimis scateant erroribus, quod ipse jansenista sit, ac purus putus, et heterodoxus, atque adeo brevi futurum ut illius opera nigra theca notata in cathalogo librorum prohibitorum reiciantur; ipse interea ad dicendam causam Romam revocatus. Ex iis porro natos conicio eos rumores quos parum laetos de viro, numquam satis laudato, isthic evagari, ad me proxime scripsisti. Namque

Fama malum quo non aliud velocius ullum
mobilitate viget, viresque acquirit eundo.

Itaque de nostro Lupo omnem ex animo deme sollicitudinem, nam propter summam eruditionem, egregiae morum probitati raro exemplo coniunctam, tanta sibi apud omnes ordines vir laudatissimus venerationem comparavit, ut adversariorum artes et conatus in uberiores illius laudem et existimationem mihi in praesentia cessisse videantur. Enimvero aequis rerum aestimatoribus res indignissimo visa est, virum, in paucis orthodoxum, haereseos crimine adspergi; et quidem ab illis ipsis qui insignem pietatis imaginem praeseferunt, qui animarum et proximorum saluti tantopere incumbunt, qui, ut uno verbo dicam, omnia ad maiorem Dei gloriam se facere profitentur. Sed inquires, quare non scriptionem istam ad me non mittis; sic enim coram ex ea causam per me melius intelligere potero? Quaeso paulisper sustine; mittere spondeo simul ac eiusdem aliquod exemplar habeam, quando-

quidem nec illud etiam quo in praesentia utor, meum sit. Illud enim mihi R^{mus} P. Generalis utendum dedit.

F.F.C., dossier 27, f^o 184r-185v; Rome, *Biblioteca Angelica*, ms. 899, f^o 85r-87r; Cf. HOOGWERFF, *Bescheiden*, t. III, p. 116.

146.— *Joseph Sabatini, augustin, à Jacques Fiorelli, augustin*

[Rome, après le 13 novembre 1679]

Le livre du jésuite Requesens. — *Disceptationem* qua Pater Requesenius e Societate Jesu theologus nostrum Christianum Lupum, nuper traducere non est veritus ad te missuram promisi; sed ne debitum expungerem, in causa fuit eiusdem R. Patris diligentia. Is enim ubi primum olfecit, quod proximis litteris tibi significavi, apud supremos fidei quaesitores nomen suum fuisse delatum, ad typographum e vestigio convolvit atque ab eo infelicis scriptiunculae exemplaria ad unum omnia domum secum transtulit. Quare praeterea, quae a principio ipse inter familiares sparsit, nulla iam propemodum inveniuntur venalia.

Verumtamen ut fidem meam quoquomodo liberem, omnem dabo operam vel unicum exemplar habendi, quod ubi nactus fuero, per publicum cursorem statim ad te mittam. Interea veluti ad gustum eiusce *Disceptationis* particulas aliquot accipe, ex quibus tamquam ex ungue leonem reliqua cognoscere facile poteris. [*Suivent vingt pages d'extraits*].

F.F.C., dossier 27, f^o 198-207v.

147.— *Lupus à Favoriti*

Louvain, le 17 novembre 1679

Les intérêts du couvent de Huy. Le chapitre provincial. Le livre contre Quesnel. Le différend avec l'archevêque de Malinès. — Non solus ego sed et omnis haec augustinia provincia longe plurimum obstringitur Illustrissimis Vestris in nos Beneficentiis. Conventus Huensis habet singulares obligationis titulos. Etenim Gratia Vestra effecit ut Sua Sanctitas confirmaret aliquot beneficiorum incorporationem, fundato apud ipsum seminario factam a Gregorio XV. At ecce superest *Romana componenda*. Exigit duo scutorum millia quae conventus pendere non possit licet semetipsum ac sua omnia vendiderit. Et ad quantam pauperiem sit per Francorum primo, ad deinde per Germanorum militares angarias ac extorsiones redactus, novit omnis Leodiensium regio. Et publicae eius scholae florent, abundant iuventute, ac sunt pernecessariae. Hinc supplico gratiosum verbum fieri apud Sanctissimum Dominum. Dominus Hubertus Fabri suggeret competentes instructiones.

Galliae rex octo huius provinciae conventus quos per arma subegit, vetat accedere ad provinciale capitulum; ex ipsis vult constitui novam

et singularem provinciam. Hinc D. Internuntius prorogavit nostrum capitulum. Quae mora multum obest meae quieti ac studiis. Rei seriem latius exposui Eminentissimo D. Protectori. Supplico ipsum per occasionem rogari ut quamprimum dignetur aliquid definire et me eximere a molestiis.

Adiungo decretum quo D. Internuntius suspendit capitulum ⁷⁹⁾. Scriptum contra Paschasium Quesnellum revideo et paro ad proelum.

D. Archiepiscopus noster denuo non vult approbare confessarios etc. Non solum populus omnis, sed etiam Excellentissimus D. Gubernator aliique nostrae gentis primates graviter lamentantur quod Romana Ecclesia non det finem hisce scandalis. Hoc ex toto corde commendo Illustrissimae Pietati Vestrae.

F.F.C., dossier 27, f° 155rv.

148.— *Favoriti à Lupus*

Rome, le 18 novembre 1679

Le retour à Louvain. Le livre contre Quesnel. Le décret contre les propositions laxistes. — Magno me gaudio affecerunt litterae tuae, reditus Lovanium prosperi, et ex voto meo et universae Urbis nuntiae. Legi eas Sanctitati Suae, quae libentissime audit omnia et, uti erat de itinere tuo valde sollicita, ita incolumem te isthuc pervenisse mirifice laetata est.

Ipsi quoque placet opus contra Quesnellum et alios quam primum imprimi. Mittentur ad te intra paucos dies nonnulla quae adnotata hic sunt, ut si videbitur, illis utare. Caeterum tua excellens eruditio et prudentia monitore non indiget. Ego non puto expedire ut aliquam epistolam operi praefigam, cum nuncupatur Sanctitati Suae. Insequenti hebdomada scribam ad te fusius.

Interim scito decretum 65 propositionum, quod in Gallia prodire vetitum fuit, Dresdrae in Saxonia, plaudentibus ipsis sublimioris notae auctoritatis praedicantibus, Electoris [Joannis-Georgii II] iussu, prodiisse et passim cum honore legi ac circumferri.

Vale et me Dominis Viane et Staiart vehementer commenda.

F.F.C., t. 8, f° 133v-134r; WIJNANTS, *Epistola dogmatica Rodulphi*, p. 32, où les deux derniers paragraphes ont été omis.

149.— *Lupus à Favoriti*

Louvain, le 24 novembre 1679

Le livre contre Quesnel. L'attitude des adversaires. — Dum Illustrissima Vestra Gratia nuper mihi scripsit, ut noti operis impres-

⁷⁹⁾ Décret du 10 novembre 1679; Cf. *Liber Mechliniensis*, p. 382-383

sio mitteretur in executionem, et nulla in ipso fieret mutatio, parabam omnia ad exordiendam. Verum Dominus Internuntius dicit sibi esse alia mandata, esse aliqua mutanda, ideoque vult me cessare, donec acceperit mutandorum catalogum. Gratia Vestra novit in Alma Urbe esse varia ingenia, varios affectus, proindeque et varia iudicia. Hinc supplico ut Illustrissima, cui obedire debeo, Vestra Benignitas dignetur aliquid immobile definire, ac me instruere ac dirigere.

Adversarii nostri feruntur post nostrum abitum varia contra nos moliri. Contra praesentes tacuerunt, penitus muti, nihil fuerunt ausi nisi per clandestinos cuniculos. Hinc nova haec tentamina. Commendo Illustrissimae ac Reverendissimae Vestrae sapientiae ac iustitiae, quas divina clementia catholicae Ecclesiae diu custodiat.

F.F.C., dossier 27, f° 157rv.

150.— *Lupus à Valère Mundelaers, président du college Saint-Norbert à Rome*

Louvain, le 24 novembre 1679

Les calomnies répandues à Rome. Le différend avec l'archevêque. Affaires personnelles. — Litteras Pragenses, quas Reverentia Vestra mihi Tridentum misit, legi cum admiratione. Usque tunc enim non credideram atroces adeo calumnias prodire posse a viris ecclesiasticis. Deo laus, similia me non movent. Quia iam pridem didici portare, et dextra, et sinistra, iustitiae arma; bonam et malam famam. Ex corde compatiar miseris animabus calumniantium. Hinc neque moveor. Omnibus illis quae iam moliuntur in alma Urbe video eventurum verbum S. Prosperi, nempe quod quidam tanto impetu studeant evertere existimationem alienam, ut evertant propriam.

Locutus sum cum D. Abbati Parchensi [Liberto De Pape] ac vestro etiam praelato [Crils] apud quos R.V. est in optimo conceptu. Ambo anhelant ad terminum litis archiepiscopalis. R.A. P. Seraphino misi omnia documenta quae postulavit; ideoque ipsum officiose saluto, et commendo negotium. Aveo intelligere an nostri libri et aliae chartae sint in via et quo et ad quem sint directa.

Quidquid R.V. pro istis litteris aliisque meis exposuerit, fideliter refundam. Digneris salutare omnes vestros Dominos et cum ipsis quam optime vale, mei memor apud divinam clementiam, praesertim in locis sanctis.

F.F.C., dossier 27, f° 79r-80r.

151.— *Favoriti à Lupus*

Rome, le 25 novembre 1679

Le différend avec l'archevêque de Malines. L'approbation des « Censures » de Louvain. — Per Sanctitatem Suam vel per Sanctitatis

Suae ministros non stetit quominus diffinirentur controversiae circa tria capita quae tu nosti, et omnibus sublatis dissentionibus et profanis novitatibus, pax Ecclesiae Belgicae redderetur. Deputata iam pridem fuit ad hoc particularis congregatio, quod te ac utramque litigantium partem non latet. Quandocumque instabitur apud Congregationem ut negotium examinetur et producentur necessaria documenta, convenient illico Patres, eaque decernentur quae honori Dei et Belgii saluti expedientia iudicabuntur.

Legi folium relationis [29 Oct.] a te et a D. Van Viane factae Excellentissimo Gubernatori Belgii de rebus a vobis in Urbe gestis et ab Apostolica Sede relatis. Omnia videntur mihi rite procedere, praeter illud : videlicet Sanctitatem Suam et Eminentissimos Cardinales comprobasse iudicium consultorum Sancti Officii circa *Censuram* Lovaniensem. Cum enim nullum de hac materia decretum prodierit, nihil potest de ea certi affirmari et omnia adhuc sunt sub iudice, *donec veniat plenitudo temporis* [Galat, 4,4] controversiae discutiendae.

Vale atque incolumitatem tuam cura diligenter meamque observantiam frequentibus iussis experire.

F.F.C., t. 8, f° 135v-136r; dossier 27, f°159rv. Cf. DE MEYER, *Historia controversiarum*, 73.

152.— *Favoriti à Lupus*

Rome, le 9 décembre 1679

Écrits en cours. Attaque contre le traité de la contrition. — Egregiam laudem meretur Excellentissimus D. Gubernator Belgii, profitendo sibi non licere impedire editionem operis in quo Sedis apostolicae auctoritas et Romanae Ecclesiae dignitas defenditur adversus calumniatores.

Legi Sanctitati Suae epistolam tuam proxime ad me datam. Res valde mira Sanctitati Suae visa fuit, tam occultis artibus tentari suppressionem doctissimae lucubrationis tuae, quod sane in magnam tui ipsius gloriam redundat; neque enim tantoque laborarent ut illa supprimeretur, nisi prospicerent adversarios causa casuros et veritatem triumphaturam.

Itaque strenue prosequere in praeclaro consilio proelis eam quam primum subiciendi. Accipies ab Illustrissimo Internuntio aliquas *Notas*, quarum eam habebis rationem quae singulari prudentiae tuae videbitur. Quaedam aliae fortasse brevi mittentur ad hoc ipsum. Sed interim laudarem ut proela gemere inciperent contra Quesnellum.

Accepisse te arbitror quidquid hic agatur a nonnullis quos 65 propositionum decretum perculit adversus tuum de contritione tractatum.

Videtur iam esse securum, nihil statutum iri te inaudito qui, cum et catholicae Ecclesiae causam semper defenderis pro qua vel mori promptum esse non dubito, et theologiam non ex rivulis et recentioribus magistrellis, sed ex ipso fonte, ex S. Augustino, caeterisque

Sanctis Patribus hauseris, non dubito quin recte omnia et ex orthodoxae fidei regulis pronuntiaveris. Dominis Van Viane, Steiart, Stapletonio, Scaille salutem meis verbis plurimam.

F.F.C., t. 8, f° 138r-139r.

153.— *Favoriti à Lupus*

Rome, le 16 décembre 1679

Le livre à publier contre Quesnel. Attaques contre Lupus à Rome. — Iussit Sanctitas Sua scribi per praesentem tabellarium ad Illustrissimum Internuntium, tibi significet non esse mentem Sanctitatis Suae ut obsequaris *Notis* quae transmissae ad te fuere, et acclusa transmittitur super opere imprimendo adversus Quesnellum et alios, sed tantum ut eas legas, et si aliquid opportune monere videbuntur, rationem etiam habeas. Caeterum totum remittet arbitrio tuo, atque interim vetat impressionem operis retardari.

Ego oro quotidie causam tuam nec desunt quam plures virtute ac dignitate praestantes viri qui tibi imperite faveant adversus malevolos. Stomachum movet omnibus servilis calliditas, quae statim post discessum tuum criminari aggressi sunt tuam de servili timore doctrinam, cum te praesente siluissent. Sed alacri fortique animo esto; omnia enim dissipabuntur ut nebulae.

Sanctitas Sua quo videt istos homines erga te iniquiores, eo propensior fit erga tuam virtutem. Ego non ero inutilis tibi servus.

F.F.C., t. 8, f° 140rv.

154.— *Paul Mariani da Sancta Fiora, agustin, aux cardinaux du Saint-Office*

Rome vers la fin de 1679

Défense de Lupus contre les attaques d'un jésuite. — Fra Paolo Mariani da Sancta Fiora, agostiniano, humilissimo servo delle Eminenze Vostre, riverente l'espone come fino dal mese di settembre prossimo trascorso presentò memoriale a questa S. Congregazione acciò fosse riveduta et esaminata la *Disceptatione teologica* del Padre Requesens ⁸⁰⁾

⁸⁰⁾ *Brevis disceptatio theologica de honestate contritionis et attritionis earumque sufficientia ad remissionem culpae in Sacramento vel extra Sacramentum poenitentiae, auctore Josepho Maria Requesenio, Societatis Jesu theologo, Romae, Typis Iacobi Antonii de Lazzaris Varesii, 1679, in-4°, 24 pp.*

On trouvera ibid., f° 6r-7v un mémorial du même P. Mariani contre Requesens, où on lit: « At amore suae doctrinae vel alterius aversione caecuratum se prodit, cum sinistre interpretatur, dextere invertit, subdole citat, mendose allegat, calumnias aggerit sed divino iudicio incidit in foveam quam fecit et alteri parato est laqueo irretitus, a quo si evadere cupit, ingenuae palinodiam cantet, nec erubescat sequi poenitentem qui secutus est errantem. Ita autumat, salvo semper quolibet maturiori iudicio, Frater Paulus de Marianis... »

giesuita, nella quale parla con ingiuria della dottrina del P. Maestro Lupo, agostiniano. Hora avendo l'oratore presentito che per ordine dell'EE.VV. si esami la *Dissertatione dogmatica* dell' istesso P. Lupo, per tanto supplica l'EE.VV. acciò si compiacciano concedere la necessaria dilatione, sì per la distanza del luogo, come per l'importanza dell' opera, al predetto P. Lupo, affinché possa dichiarare i suoi sentimenti, mentre per altro le sue intentioni si sono sempre appalesate rettilissime nel mantenere purgate degl' errori le dottrine cattoliche, e sempre ha fatto conoscere la sincerità del suo intendere ne' commenti de' sagri canoni e concilij e nell'esposizione de' Sancti Padri l'obbedienza verso la Sancta Sede et il zelo che sempre ha dimostrato nel sostenere i suoi dritti, conforme ne fanno indubitata testimonianza tanti apostolici internuntij stati in Fiandra, lo rendono capace di questa giustissima gratia.

Oltre che il predetto P. Maestro Lupo non altro desidera che d'essere avvertito ove potesse mai haver traviato dal vero per mancanza di lume, mentre nell' *Epistola ad Noris*, rispondendo ad alcune accuse dateli così scrive pagina 10 :

« Possim tamen ego eccedissem in culpam illam de qua in litteris ad S. Hieronymum accusat semetipsum mansuetissimus Pater Noster S. Augustinus. Potius culpanda est negligentia mea quia (quaedam verba sensui necessaria) non addidi, quam obiurgatio tua. *Possim et ego sensa mea non satis declarasse* ». Onde l'oratore, seguitando la religiosa e riverente rassegnatione del P. Maestro Lupo, fa humilissima istanza che sia sentito.

F.F.C., dossier 27, f° 178rv.

155.— *Jugement d'un théologien romain sur les écrits de Lupus et de Requesens*

[Rome, vers la fin de 1679]

Votum circa opusculum inscriptum *Disceptatio theologica de honestate contritionis et attritionis, earumque sufficientia ad remissionem culpa in Sacramento vel extra Sacramentum poenitentiae, auctore Josepho Maria Requesenio, Societatis Jesu theologo* [...]

Censeo opusculum omnino prohibendum et in auctorem ipsius serio animadvertendum, quia manifeste contra decretum Alexandri VII editum die 5 maii 1667 ipse Requesenius illud scribit. Quod propterea quae in folio B. notantur sequentibus capitibus ostendo [...]

Quoad Patrem Christianum Lupum, tam in eius *Dissertatione dogmatica* quam in *Epistola familiari* tria mihi videntur emendanda : primum circa timorem servilem [...]; secundum est quod nemo extra sacramentum iustificetur per actus caritatis, nisi sint actus adeo perfecti [...]; tertium quod, licet censurando sententiam contrariam, non inciderit in poenas decreti sanctae memoriae Alexandri VII, quia edidit utrumque opusculum ante huius decreti emanationem [...].

F.F.C., dossier 27, f° 208rv.

156.— *Jugement d'un théologien romain sur la Dissertatio de Lupus*
[Rome, vers la fin 1679]

Quoniam censuram quorundam theologorum in opusculum P. Lupi inscriptum *Dissertatio dogmatica*, etc. Sanctissimi D.N. Innocentii XI iussu videre et quid de ea sentio scripto aperire debeo. [*Exposé de 25 pages, dont la conclusion est la suivante*].

Itaque ex iis atque ex aliis in defensionem propositionum P. Lupi hactenus adductis, liquidissime constat quod ea omnia de quibus accusatur, sana sint, sincera atque omni ex parte catholica, atque adeo censura quae folio A continetur nullo modo in ipsius opusculum cadere potest. Quam quidem censuram, pro ea qua sunt sapientia atque integritate, viri doctissimi profecto non fecissent, si *Dissertationis* textum et *Epistolam ad Henricum Noris*, non [autem sola] accuatorum excerpta, ante oculos habuissent.

F.F.C., dossier 27, f° 214-226r.

157.— *Lupus à Favoriti*

Louvain, le 5 janvier 1680

Souhais. Remerciements. L'opposition à Rome. Le nouveau livre en préparation. La Censure de Louvain. Le différend avec l'archevêque de Malines. — Novum hunc annum precor Illustrissimae Vestrae Dominationi esse per omnia faustissimum. Et omnes sequentes, quos divina clementia faciat esse multos et longos.

Summas debeo gratias novis et summis in me indignum beneficiis, quod calumniosis quorundam contra me absentem clamoribus constanter se opponat Illustrissima Vestra Pietas. Et certe mirandum est, quod per duos cum medio annos taciturni et muti, ita buccinare coeperunt statim post nostrum ex Alma Urbe discessum. Certe est non modicus character diffidentiae de iustitia causae. Immo non est mirandum. Etenim iam pridem cuidam Domino Cardinali dixerunt fore ut mihi nunquam condonent. Latius haec intelligi poterunt ex viro probissimo Domino Thoma [de Juliis], presbytero et scriptore Vaticanæ bibliothecae. Interim ego nihil diligo nisi orthodoxam veritatem et Dei ac proximi charitatem, ideoque si in aliquo erraverim, paratissimus sum corrigi per Romanam Ecclesiam.

Attamen spero, quod ista *Theologica dissertatio* a Sanctorum Patrum confessione non deviaverit. Etiam hic in Belgio olim multa clamarunt sed vulgata a me *Apologetica epistola* coegit ipsos ad silentium. Hanc supplico legi a Dominis consultoribus. Si tunc remaneat adhuc aliquid dubii, supplico obtinere locum audientiae et satisfactionis. Confido fore ut intelligamus nos invicem. Certe Sanctissimo Domino nostro tantoque eius in me immeritum affectui sum obligatus plurimum. Doleo quod aliud non possim rependere, quam tepidas orationes ad divinam clementiam.

Accepi instructiones ac modificationes circa scriptum contra Paschasium Quesnellum et alios. Et quaedam nituntur bono fundamento. Praecipua modificatio debebit esse circumscriptio quarundam acertiorum phrasium. Hoc enim ab exordio dixi Illustrissimae Vestrae Gratiae. Illustrissimus Dominus Mirabellus valde commendat quemdam locum Sancti Cyrilli Alexandrini, et ipsum rogat scripto inseri ut grandae fundamentum auctoritatis apostolicae. At locus iste est spurius et suppositivus, uti nuper singulari opusculo ample demonstravit Ioannes Launoius; quare sequar Suae Sanctitatis iudicium, quod ultimis suis litteris mihi intimavit Illustrissima Vestra Gratia. Et ad maiorem Sanctissimi Domini Nostri satisfactionem communicabo ac exponam omnia Domino Internuntio. Curabo ut operis impressio statim capiat exordium.

Variorum Patrum circa Ephesinum et Chalcedonense Concilium epistolae, quas per Domini Cardinalis Casanatae beneficium descripsi ex codice Cassinensis monasterii, iam incoeperunt imprimi. Et transmittito duo prima folia iudicanda a vestro illustrissimo iudicio. Prima epistola est adhuc impressa, attamen Cassinensis e graeco in latinum translatio est multum diversa, et vulgatam translationem adiuvat in non paucis, ideoque iudicavi adiungendam.

Quod Excellentissimo Domino Gubernatori dixi censuram Lovaniensem esse Romae approbatam, intellexi de approbatione simpliciter permissiva, nullatenus de definitiva. Et ipsi lucide exposui omnia. Etiam Illustrissimo Domino Praesidi [De Pape]. Quare non est periculum sinistri intellectus.

Dominus Archiepiscopus in regulares evadit quotidie durior. Nec vult ordinare nostros clericos, nec approbare nostros confessarios. Est res nobis acerba, et scandalosa populo, et iam per plures annos. Quare Dominus Gubernator et Dominus Praeses plurimum anhelant ad definitionem Romanae Ecclesiae. Plures nostri conventus penitus indigent confessariis. Quare supplico ut sex vel septem approbationem Sua Sanctitas dignetur delegare Domino Internuntio, aut certe Antverpiensi episcopo. Hanc gratiam humillime supplico a Sua Sanctitate ac a Vestra Illustrissima Iustitia.

Dominus Gubernator ac Dominus Praeses sunt denuo rogati obsistere impressioni praefati operis. Nescio quis eis suggessit imprimi non posse sine Christianissimi Regis offensa, quod non expedit hisce temporibus. Interim nullum est periculum. Uterque enim est verus filius Romanae Ecclesiae. Attamen praevideo ab illis iubendum ut liber scribatur impressus Coloniae vel alibi extra Belgium. Et hoc rogo non divulgari. Aemuli enim arripiunt omnes ansas.

Supplico Sanctissimo Domino nostro commendari per Illustrissimam Gratiam Vestram, quam divina clementia diu custodiat catholicae Ecclesiae.

158.— *Lupus à Noris, à Florence*

Louvain, le 18 janvier 1680

Retour à Louvain. Activités littéraires. Contrariétés. Souhails. — Per varios motus et anfractus perveni in propria. Et in his inveni requiem. Et video quod nec ipsa dabitur meae mortalitati, quae quibus telis non fuerit confossa, ignoro. Modo occupor edendis *Variorum Patrum Ephesini Concilii epistolis et actis*; edendis *vita et epistolis gloriosissimi martyris Thomae Cantuariensis*. Omnibus hactenus inexcussis.

Reditus noster ex Urbe in Belgium sopire non potuit variorum animositatum in dogmaticis reliquias. Et hae superabunt quoadusque occurramus in virum perfectum, in quem utinam brevi transformer. Solum enim mihi superest sepulchrum. Omnes mei collegae salutant Eximiam Vestram Reverentiam, et ipsi mecum apprecantur annos, cum praesenti novo, multos felices et omnibus vestris studiis opportunissimos. Dignetur Illustrissimo Domino Maliabeco impartiri omnia meae infirmitatis obsequia. Deus Optimus Maximus Eximiam Vestram Reverentiam diu custodiat.

Socius meus [Wijnants] cum omni reverentia vos salutatur.

Variorum Patrum epistolae imprimuntur, easque volo inscribere Domino Vestro Magno Duci. Spero sese gratum. Digneris me instruere circa puncta ponenda in literis dedicatoriis.

Firenze, Bibl. Centr., Cl. VIII, 1175, f° 85rv.

159.— *Lupus à Favoriti*

Louvain, le 1^{er} février 1680

Le serment anglais. Les rumeurs venues de Rome. — Adiuncta iuramenti copia est mihi transmissa ex Anglicanis carceribus. Est evidenter sceleratum iuramentum, ipsum tamen ex vitae ac libertatis amore praestant non pauci catholici, etiam clerici : hinc sum rogatus quid fieri debeat aut liceat. Haec copia forsitan sit Romae, nihilominus iudicavi transmittendum Illustrissimae Vestrae Gratiae. Et certus sum istud iuramentum esse ab ipsa, et a cunctis veris christianis penitus damnandum. Si Suae Sanctitatis iudicium meruero intelligere, ipsum transcribam incarcerationis confessoribus, atque ita eos non parum laetificabo. Supremi enim pastoris vox est in tali ac tanta tribulatione summum solatium.

Perpetuae apud nos pluviae usque huc me dimoverunt a Bruxellensi itinere. Quam primum conabor accedere, et noto scripto dare impressionis exordium. Et certe oportet. Ista enim novarum opinionum machinamenta impetunt ipsam radicem ecclesiasticae hierarchiae. Et ipsa video indies serpere latius, ac proficere.

Nolim silere rumores, qui hic assidue scriptitantur ac seminantur in simplicem populum. Alii dicunt me Roma aufugisse, sed per milites

quos Sua Sanctitas post me misit, non potuisse comprehendere. Alii affirmant me a Sanctissimo Domino fuisse in ultima audientia adeo increpatum, ut lapsus fuerim in deliquium animi. Alii asserunt me Romae numquam fuisse, sed latitasse in Alpibus, ibique procudisse fictitium decretum contra sexaginta quinque articulos. Hae scriptitationes, quas propriis oculis video, me docent quod aliquos gravissime offenderim, ideoque iubent etiam non mirari, si varia adversus me tententur apud Sedem apostolicam. Confido fore, ut Sanctus Petrus, pro cuius dignitate omnem vitam impendi, tueatur ac adiuvet meam innocentiam. Quod ipsum confido, et plane certus sum de Illustrissima Vestra Iustitia, ac nimia in me indignum beneficentia.

Interim omnes isti conatus percutiunt solum aerem, et qui alienam existimationem student laedere, perdunt suam. Istiusmodi literae cunctis prudentibus nequidem stomachum movent, sed solum risum. Deus Optimus Maximus Illustrissimam Gratiam Vestram catholicae Ecclesiae diu custodiat.

Vat. Lat., ms. 13273, f° 83rv.

160. — *Lupus à Favoriti*

Bruxelles, le 10 février 1680

Remerciements. Les attaques faites à Rome. Le livre contre Quesnel. Le différend avec l'archevêque de Malines. La pension. La réimpression des opuscules. — Profusae vestrae benevolentiae, qua iactatas in me calumnias potenter refellere dignatur, summas ago gratias. Certe Illustrissima Vestra in me Benignitas quotidie accumulat beneficia beneficiis.

Interim confido, quod *Dogmatica dissertatio* a sanctorum Patrum Sancti praesertim Augustini doctrina penitus non deviaverit. Quod ipsum sentiunt cuncti hic viri versati in istis dogmatibus. Attamen mihi super omnia est iudicium Romanae Ecclesiae. Si quid explicatione, aut etiam correctione vileatur indigere, libentissime me submitto. Expediet vero a me videri istos articulos; fieri enim possit, ut non recte intelligantur. Sanctissimo etiam Domino Nostro, qui ob istas machinationes non diminuit suam affectum, sum per omnia obligatissimus. Et non desino pro eius incolumitate ac salute supplicare divinae clementiae.

Dominus Gubernator et Dominus Praeses dederunt licentiam, ut fiat impressio noti operis. Ad evadendam tamen omnem invidiam, volunt ut in frontispicio dicatur *impressum Coloniae*, non Bruxellis aut Lovanii. Dictus Dominus Praeses omni studio conatur pacificare Belgium, et omnes ipsum turbantes novitates eliminare, ideoque cum summo desiderio exspectat a Romana Ecclesia dari finem questionibus, quas contra regulares movet Dominus Archiepiscopus. Hoc ipso die mihi istud dixit ex pleno pectore.

Canonicus hispanus, super cuius beneficia Sua Sanctitas mihi dedit pensionem, vult ipsam extinguere. Ego mallem annuatim reci-

pere canonem. Sic enim firmior esset memoria apostolici beneficii. Hinc nihil definire volui sine Vestro Illustrissimo Iudicio. Et supplico ipsum uno verbo intelligere.

Noti operis impressio intra paucos dies sumet exordium. Porro plures instant, ut reimprimantur varia mea opuscula, inter quae est Theologica dissertatio, hodie obnoxia tot contentionibus, hinc haereo. Nolim enim impressorem in damna coniicere. Proinde supplico instrui ab Illustrissima Vestra Gratia, quam Deus Optimus Maximus diu custodiat Suae Ecclesiae.

[P.S.] Anxius sum ne ob meam *Dogmaticam dissertationem* Romana Ecclesia incurrat gravia doctorum virorum murmura. Video enim mihi imponi paradoxa opinionum monstra, a quibus omnes sumus remotissimi. Hinc opto, ut Sua Sanctitas Dissertationem iubeat legi a Domino Slusio, ac a Domino Abbate Riccio. Hi enim intelligunt dogmata Sancti Augustini.

Vat. Lat., ms. 13273, f° 106r-107r.

161.— *Lupus à Favoriti*

Louvain, le 14 mars 1680

Remerciements. L'attaque faite à Rome. Le livre contre Quesnel. Le différend avec l'archevêque de Malines. — Benevolentissimas Illustrissimae Gratiae Vestrae litteras cum adiunctis instructionibus accepi, et summas ago gratias praesertim pro constantissima in me pietate, qua *Dogmaticam dissertationem* tandem eruisti ex unguibus leonum. Firmiter confido quod non soli mihi, sed toti Ecclesiae factum sit incomparable hoc beneficium. Etenim vidi quinque articulos quorum damnatio singulariter postulabatur. Certe si recte intelligantur, nullatenus sunt damnabiles. Eorum damnatio fieri non poterat sine novis motibus. Continent enim manifestam Patrum doctrinam, expresse aliquid confirmatam a Romana Ecclesia. Quod per opportunitatem conabor demonstrare.

Audio non solam Illustrissimam Vestram Gratiam, sed et ipsum Sanctissimum Dominum Nostrum pro me stetisse; certe tanta illius in me indignum beneficentia me confudit. Sum longe felicior, longeque gloriosior Daniele propheta: utpote quem non gentilis Persarum rex, sed ipse Summus Catholicae Ecclesiae Pontifex, ipse supremus Iesu Christi vicarius extraxit e lacu. Immortales propter hoc novum ac ineffabile beneficium ago gratias, et sacrosanctos eius pedes humillime deosculor. Humillime item supplico, ut Illustrissima Vestra in me Benevolentia dignetur haec illi intimare.

Noti operis impressio post paucos dies sumet exordium. Omni enim die hic exspecto Bruxellensem impressorem. Etiam commendo nostras lites cum Domino Archiepiscopo, eius enim in nos ira nunquam satiabitur. Deus Optimus Maximus Illustrissimam Gratiam Vestram Catholicae Ecclesiae diu custodiat.

Vat. Lat., ms. 13273, f° 192rv.

162.— *Lupus à Favoriti*

Louvain, le 4 avril 1680

Maladie. Écrits en préparation. Le différend avec l'archevêque de Malines. — Nephritis per dies quosdam me multum decoxit; concussit omnes corporis vires. Nihil aliud exopto, quam dissolvi et esse cum Christo meo. Meorum dolorum ac laborum dulce est solatium veneranda mihi memoria vestri. Loquor ex pectore. Optarem ante mortem evulgata quae pro Sancto Petro adhuc habeo parata studia. Nec mori timeo, nec vivere recuso. Praela quae modo laborant, fore spero huic saeculo non ingloria. De *Appellationibus* scriptum nedum est incoepum. Si Bruxellensis impressor moras alias adhuc nectat, sumam Lovaniensem. Nolim esse prolixior. Humiliter supplico me semper haberi inter minimos et obligatissimos vestros famulos. Etiam rogo ut in diebus nostris videre mereamur finem controversiarum Domini Mechliniensium Archiepiscopi contra regularem clerum⁸¹). Deus Optimus Maximus Illustrissimam Gratiam Vestram Ecclesiae Suae diu custodiat.

Vat. Lat., ms. 13273, f° 247rv.

163.— *Sébastien-Antoine Tanara, internonce, à Favoriti*

Bruxelles, le 4 mai 1680

Maladie. Le chapitre provincial des augustins. Le livre de Lupus contre Quesnel. — Prendo confidenza di riverire Vostra Signoria Illustrissima per mano d'altri, poiché havendo principiato a bere il latte di capra per liberarmi dall'incomodo di qualche flussione, vengo consigliato ad astenermi qualche poco dallo scrivere, e dall'applicarme.

Il Padre Lupi ha già inviato il capitolo per li 16 di Maggio in Lovanio, et in caso, che non vi compariscano, come è probabile, li vocali de' conventi soggetti alla Francia, intende far confermare in nome del Generale li superiori delli medesimi nei proprij offitij per sino che in Roma si disponga altrimenti. Havrebbe egli desiderato, che ciò si facesse con mio decreto, lusingandosi che dovesse essere rispettata l'autorità del mio ministero, ma io mi sono esimito dal compiacerlo per non esporla al pericolo di non incontrare la dovuta obediencia, tanto più che il Signor Cardinale mi ha ordinato di rimettermi totalmente in tal affare alla prudenza del Padre Lupi, e li ministri di Francia mostrano

⁸¹) Le 11 avril 1680, Lupus s'adresse à Valère Mundelaers, président du Collège Saint-Norbert à Rome pour lui demander son aide dans cette question. Si le Saint Siège savait les dommages qui suivent du retard qu'elle met à donner une solution ! Lupus en a déjà écrit quelquefois aux cardinaux. *Omnes senatorii et eruditi viri* demandent avec instance une solution qui mettra fin à « novitates has ». Rome, *Archives générales des carmes*, dossier II, 270, farde Louvain.

premura grande di separare i Padri loro da ogni dipendenza di chi risiede nelle provincie di Spagna.

Quando in queste credano fosse di già intrapresa l'impressione del noto libro, vedo insorgere nuove difficoltà, poichè non è possibile il conseguire che si stampi in Bruxelles, e lo stampatore di Lovanio, che haveva promesso di prenderne l'incumbenza, hora teme l'esitarne pochi esemplari per havere scarsezza di corrispondenti ne' paesi stranieri.

Vorrebbe perciò il Padre Lupi che il Collegio di Propaganda si obbligasse a prendere cento cinquanta libri, la spesa de' quali sarà d'uno scudo per ciascheduno in circa, e mi commette di darne parte a Vostra Signoria Illustrissima, proponendolo egli al Signore Cardinale Casanatta a dirittura, ma io, perchè non scorra tratanto tempo maggiore, lo vado sollecitando, animandolo colla speranza, che siano per essere compiaciute le sue istanze, e distribuiti costì molti esemplari...

Vat. Lat., ms. 13273, f° 336r-337r.

164.— *Lupus à Favoriti*

Louvain, le 8 mai 1680

L'abbé de Villers. L'attaque faite à Rome. La maladie. Le livre contre Quesnel. — Summas ago gratias de scriptis ad Dominum Internuntium literis pro Abbatia Villariensi. Dictus Dominus Internuntius Abbatem ad se vocavit, consolatus est, ac ei promisit omne auxilium, ideoque confido fore ut eius negotium sortiatur prosperum eventum. Hoc totum est beneficium Illustrissimae Vestrae Benevolentiae.

Existimabam omnes contra servilem timorem metus cessasse in alma Urbe, sed me falli coniecturo ex literis Reverendissimi Patris Laureae, mihi transmittentis aliquot articulos, et affirmantis oportere ut eluceantur ac purgentur. Acepi importunissimo tempore; iam enim a septimanis durus morbus me lecto affixit. Et licet iam coelesti regno necdum idoneus per Dei gratiam convalescam, necdum aptus ad studia.

Illustrissima Vestra Benignitas semper permisit me loqui ex candido pectore. Admiratus sum istiusmodi articulos vocari in dubium, ac praeterea accusari de lepra Lutheri. Sunt enim lucida Sancti Augustini ac aliorum Patrum dogmata: insuper summorum theologorum, qui contra natas elapso saeculo haereses stabilierunt ac defenderunt catholicam veritatem. Haec omnia abunde videor ostendisse in *Dogmatica dissertatione* ac praecipue in *Apologetica epistola* ad Patrem Henricum de Noris. Et iterum supplico ista legi a Domino Slusio ac Domino Riccio. Et quid istis meis scriptis debeam addere vix video. Ubi tamen convaluerò, studebo per quaedam additamenta Patri Laureae satisfacere. Et ipsa transmittam Illustrissimae Vestrae Gratiae.

Interim humillime supplico, ut Romana Ecclesia tales articulos, sub sanctissimo pontificatu optimi patris nostri Innocentii XI, non censuret; fieri enim non possit sine gravi Sanctorum Patrum iniuria.

Unde eosdem articulos non ausim exhibere nostris doctoribus; eis enim moverem stuporem ac magnam tristitiam. Opus de *Romanis appellationibus* adhuc patitur aliquid obicis. Dominus Belgii Gubernator ac item Dominus Praeses nolunt ipsum imprimi Bruxellis; ideoque imprimi debet Lovanii. At vero typographi Lovanienses sunt homines modici, nec habent cum extraneis plena commercia. Hinc supplicant, ut collegium de Propaganda Fide dignetur adsumere ac emere centum et quinquaginta exemplaria. Eorum pretium adscendet ad centum et viginti aut triginta scuta. Et isti libri facile distraherentur per Italiam. Bibliopola enim eo non mittet alia exemplaria. Si gratia haec fiat, opus intra paucos menses videbit lucem. Eadem de re scripsi ad Eminentissimum Dominum Cardinalem Casanate. Supplico ut Illustrissima Vestra Gratia per occasionem dignetur cum ipso agere. Etiam scire quomodo valeat Eminentissimus Dominus Albritius⁸²⁾. Quotidie rogo divinam clementiam, ut tantum praelatum diu custodiat suae Ecclesiae. Quod ipsum indies supplico pro Illustrissima Vestra Gratia.

Vat. Lat., ms. 13273, f° 349r-350r.

165.— Sébastien-Antoine Tanara, internonce, à Favoriti

Bruxelles, le 25 mai 1680

Lupus n'est plus provincial. Le livre contre Maimbourg. Le serment anglais. — Resta infine libero dal peso del provincialato il nostro Padre Lupi, e potrà con quiete maggiore attendere in avvenire a' suoi studij in beneficio della Sancta Sede, per honore della quale credo aggiungerà qualche cosa al suo libro in confutazione di quello del Padre Maimburg, che da lui si aspetta meco ogni giorno da Parigi per mandarlo io all' amico d'Anversa [Schelstrate]. Circa l'impressione del sudetto resta il tutto ne' termini accennati a Vostra Signoria Illustrissima coll'ultima mia, e hieri ancora trattai a lungo col Padre Segretario Vynants, e con uno stampatore per superare le difficoltà, che si fanno per timidità o per dubio di non fare guadagno sufficiente, e che mi studio di sopire, acciò che non si perda tempo di vantaggio.

Al detto Padre Lupi comunicherò la formola del giuramento di fedeltà, subito che la havrò ricevuta da buona mano per assicurarmi che la translatione sia fedele, e del suo sentimento darò conto a Sua Eminenza secondo mi si accenna da Vostra Signoria Illustrissima.

Alla stessa rendo gratie devote per le diligenze ordinate a fine di ritrovarmi un segretario, a cui vorrei poter lasciare la briga di formare le lettere di complimento col semplice obbligo di rivederle, poichè quanto all'altre di negotio intendo continuare sempre a minutarle per spiegare adeguatamente ciò che ho operato, o che vedo dover essere rappresentato. Replico dunque le mie suppliche per essere favorito da Vostra

⁸²⁾ Le cardinal Mario Albrizzi, créé en 1675, mourut le 29 septembre 1680.

Signoria Illustrissima in tale particolare, come pure in ogn'altro, del suo stimatissimo patrocinio e le bacio riverentemente le mani.

Vat. Lat., ms. 13273, f° 391rv.

166.— *Lupus à Favoriti*

Louvain, le 14 juin 1680

La maladie. Remerciements. L'impression du nouveau livre. L'archevêque de Malines. L'évêque de Pamiers qui souffre pour la question de la Régale. — Per Dei gratiam convalui ex diuturno, quem nephritidis tormenta reliquerunt, languore; utpote necdum aptus ac dignus Dei regno. Interim summas debeo et ago gratias Illustrissimae Vestrae in me Benevolentiae, ac praesertim Sanctissimo Domino Nostro, dignato tam salutarem ac efficacem praescribere medicinam. Ipsam communicavi nostris medicis; et omnes uno ore laudarunt. Verum ego undequaque indignus sum tanto medico.

Divinia etiam gratia tandem evicit omnes moras et obices, quos usque huc passum est opus de Romanis *Appellationibus*. Imprimetur Lovanii. Intra paucos dies exordiemur. Et iste impressor non aget aliud, ideoque intra paucos menses finiet.

Dominus Archeipiscopus noster fuit graviter infirmus. Interim semper validus contra regulares. Certe ista nostra miseria est nimis diuturna. Et non parum scandalosa. Dominus Belgii Gubernator et Dominus Praeses tantas moras admirantur non sine stomacho. Hinc iterum humillime supplico a Sanctissimo Domino Nostro impetrari, ut Dominus Internuntius possit nobis creare saltem sex concionatores et confessarios. Summopere enim indigemus ad ministerium christiani populi.

Quam iustam causam foveat, et quantas pro ipsa calamitates sustineat Dominus [Caulet] Apamiensis Episcopus, Illustrissima Vestra Iustitia optime novit. Et tamen tantus pro Romana Ecclesia pugil nullum huc usque accipit solatium. Quare etiam pro ipso interpellare praesumo Illustrissimam Dominationem Vestram, quam Deus Optimus Maximus diu custodiat.

Vat. Lat., ms. 13273, f° 27rv.

167.— *Favoriti à Lupus*

Rome, le 13 juillet 1680

Les intérêts du collège de Huy. — Negotium collegii Huensis pro perpetua mea erga te atque Ordinem tuum voluntate diligenter commendavi, et commendare adhuc non desinam. Iniungas oportet agenti tuo, ut offerat certam pecuniae summam, quam pro expeditione collegium solvere par est, ut Datariae apostolicae administri referre ad

Sanctitatem Suam possint, an gratiae locus sit; cum pecunia, quae ex negotiis huiusmodi percipitur addicta omnino sit piis operibus, quae non possunt aliter sustineri. Ac laeta tibi omnia a Deo auguror.

F.F.C., t. 8, f° 110v.

168.— *Lupus à Favoriti*

Louvain, le 19 juillet 1680

Le livre sous presse. L'abbé de Villers. Le différend avec l'archevêque de Malines. — Noti operis impressio est tandem inchoata. En prima folia. Praelum procedet sine quiete, ideoque brevi finem habebimus. Omni septimana transmittam folia. Rogo ipsa communicari Eminentissimo Domino Cardinali Casanate. Et bene discuti. Et quod displicuerit, liberrime indicari; studebo corrigere. Expediet non communicari aliis, nisi forsitan Domino Slusio, aut Domino Riccio. Illustrissima Vestra Prudentia novit rationes. Deinde dies mali sunt, etc.

Dominus Abbas Villariensis, et omne istud monasterium agunt summas gratias de litteris, quas Illustrissima Vestra Benignitas est dignata huc scribere ad Dominum Internuntium. Etenim sunt plurimum operatae. Et Dominus Gubernator et Dominus Praeses ipsis plene acquiescunt. At degradatus Abbas denuo in Hispaniam scripsit ad illos, qui de suae iniquitatis mammona participarunt. Erant enim tunc Belgio. Et hi hinc miserunt pro isto novas litteras, nova mandata. Hinc supplico ut Gratia Vestra dignetur unum verbum scribere ad Nuntium Hispaniae.

Etiam commendo lites nostras cum Domino Archiepiscopo. Scio me esse importunum. Quid dicam? Calamitatis diuturnitas me compellit. Saltem Dominus Internuntius possit nobis approbare aliquot confessarios. Deus Optimus Maximus Illustrissimam Gratiam Vestram Ecclesiae suae diu custodiat.

Vat. Lat., ms. 13273, f° 569r.

169.— *Lupus à Favoriti*

Louvain, le 26 juillet 1680

Somme perçue sur la pension. Remerciements. Envoi de fascicules du livre sous presse. Thèses polémiques soutenues à Louvain. — Accepi litteras, aut certe mandatum recipiendi quinquaginta scuta ex pensione, quam mihi dedit benignitas Sanctissimi Domini. Eidem, ac item Illustrissimae, cui haec omnia adscribenda sunt, Dominationi Vestrae summas debeo ac ago gratias.

Mitto duo folia noti operis. Praesens septimana habuit duo festa, ideoque plura non potuerunt imprimi. Si aliquid displiciat, supplico libere dici; quo sequentia corrigantur, et ita fiat *verbum irreprehensibile*.

Assiduo hic per impressas conclusiones invadimur solemnibus contumeliis. Timeo ne tandem laesa aliquorum patientia fiat furor. En unam thesim, nuperrime emissam a Patribus Societatis ⁸³⁾. Ex corde supplicamus super ipsa audire consilium Illustrissimae Vestrae Gratiae, quam Deus Optimus Maximus Ecclesiae suae diu custodiat.

Vat. Lat., ms. 13273, f° 599r.

170.— *Lupus à Favoriti*

Louvain, le 2 août 1680

Somme perçue. Les intérêts du couvent de Huy. Envoi de fascicules. Remerciements. — Accepi quinquaginta scuta. Item literas Eminentissimi Domini Cardinalis Cybo, quibus spem facit accipiendae alicuius gratiae pro seminario Huensi. Quae omnia debeo Illustrissimae Vestrae Beneficentiae. Et ago summas gratias. Adiungo adhuc quatuor folia. Conabor efficere, ut ad Domini Nativitatem habeamus finem operis. Domino Cardinali scribam per proximum cursorem, quia eius literas hoc momento accipio. Deus Optimus Maximus Illustrissimam Dominationem Vestram suae Ecclesiae diu custodiat.

Vat. Lat., ms. 13273, f° 632r.

171.— *Lupus à Favoriti*

Louvain, le 9 août 1680

La régale. Envoi de fascicules. Le différend avec l'archevêque de Malines. — Literae quas Sanctissimus Dominus circa regaliū quaestionem scripsit Regi Galliae hic sunt in omnibus manibus ⁸⁴⁾. Impressae sunt latine et gallice. A cunctis leguntur cum summo applausu et gaudio. Omnes Divinae Maiestati incessanter supplicant pro longa vita tanti Pontificis. Et anhelant nosse quid Rex sit responsurus. Rursus

⁸³⁾ Il s'agit sans doute de thèses de *Theologia*, soutenues par Jean Moretus sous la direction de Jean Pollenter. Lupus en donne un extrait, dont voici le passage principal : « ... Unde miramur theses quasdam in Universitate catholica his repugnantes tam fidenter propositas; quae si nitantur approbatione Romana doctrinae *Censura* Lovaniensi et eius *Iustificatione* contentae, de qua iactatum est nuper, nullo nititur fundamento. Exploratum nobis est doctrinam *Censurae* et *Iustificationis* nullo brevi aut decreto, nullo vivae vocis oraculo probatam esse a Pontifice. Exploratum est non esse probatam decreto ullo Sacrae Congregationis, atque adeo nulla auctoritate publica aut Sanctae Sedis. Denique non magis ostendes aut speres Romanae Sedis iudicio illam doctrinam omnem probatam aut probandam quam probandam a Sancta Sede doctrinam jansenianam damnatam, quam in ista contineri (et alia taceamus) existimarunt jansenianae factionis patroni... »

⁸⁴⁾ Il s'agit du bref du 29 décembre 1679, expédié le 13 mars 1680; cf. J.J. BERTHIER, *Innocentii PP. XI epistolae ad principes*, t.I, p. 328-330.

mitto aliquot folia. Et supplico nosse Vestrae Gratiae iudicium. Si quid mutatum aut mutandum iudicet, promptissime fiet. Iterum rogo nobis dari quietem a Domino Archiepiscopo nostro. Deus Optimus Maximus Illustrissimam Gratiam Vestram diu custodiat suae Ecclesiae.

[P.S.] Galliae Regem, quem nullius armata potentia valuit vincere, spero a Suae Sanctitatis mansuetudine vincendum; erit utrique gloriosissima victoria.

Vat. Lat., ms. 13273, f° 669r.

172.— *Lupus à Favoriti*

Louvain, le 16 août 1680

Remerciements. Envoi de fascicules. Salutation au cardinal Albrizzi. — Hodie accepi benignissimas Gratiae Vestrae literas, ex quibus intelligo singularissimum affectum quo me in Suae Sanctitatis benedictione studet continuare. Certe sum indignus tanta beneficentia. Interim summas ago gratias; utinam possim aliquid rependere. Quidquid pro Petro Apostolo facimus, facimus pro nobis: uti ille qui bibit ex fonte, sibi servit, non fonti. Mitto iterum tria folia. Et avide exspecto vestrum iudicium. Deus Optimus Maximus Gratiam Vestram diu custodiat suae Ecclesiae.

[P.S.] Supplico ex occasione meam reverentiam humillimam fieri Eminentissimo Domino Cardinali Albricio, cuius infirmitatem gravissime doleo. Est enim summus praelatus. Divina clementia illum custodiat.

Vat. Lat., ms. 13273, f° 707.

173.— *Lupus à Favoriti*

Louvain, le 23 août 1680

Progrès de l'ouvrage sous presse. Envoi de fascicules. — Pedetentim pergimus in opere. Per Dei gratiam non cessaturi nisi post impostium finem. Adsunt hic quatuor folia, complementia primum alphabetum. Anhelio intelligere, ut modus procedendi placeat. An nihil sit mutandum. Ex animo me commendo Illustrissimae Gratiae Vestrae quam Deus Optimus Maximus Ecclesiae suae diu custodiat.

Vat. Lat., ms. 13273, f° 728r.

174.— *Lupus à Favoriti*

Louvain, le 30 août 1680

Le différend avec l'archevêque de Malines. Envoi de fascicules. — Accepi Gratiae Vestrae literas, plenissimas omnibus benevolentiae

officiis. Ex corde supplico, ut Domino Internuntio fiat potestas approbandi aliquod confessarios. Novi, quot per has preces sim importunus; verum necessitas compellit, ideoque meretur veniam. Iterum mitto aliquot folia. Non cessabimus, donec habeamus finem. Deus Optimus Maximus Illustrissimam Gratiam Vestram diu custodiat.

Val. Lat., ms. 13273, f° 756r.

175.— *Guillaume Wynants, augustin, à Favoriti*

Louvain, le 30 août 1680

Demande d'aide pour le couvent de Louvain. Les activités de Lupus. La vigilance de l'internonce. — Necessitas, telum durissimum, me facit esse audacem, ut te praesulem altissimo senatu et iudicio distentum, per hos characteres invocem in nostrae familiae solatium et adiutorium. Ne peccem in publica commoda, non morabor tua, primi pretii, tempora longo sermone. Unus et paucus est hic. Veneranter oro ut Magistro a Sancta Flora, mei meorumque amice satagenti, concedat accessum et affatum. Spem mihi facit illa tua apostolica praxis: *beneficentiae et communionis nolite oblivisci.*

Per Deum immortalem, Praesul Illustrissime, te rogo, domus nostrae misere labentis, et sua, omnia pervadenti, cunctatione praefatum magistrum dirigere, et nos adiuvere dignetur.

Optimus meus Magister prandet obolo, et vivit iugiter in vigili pallados lampade; notus templo et scholae. Ipsum amo ut patrem; veneror ut dominum; servio et ipsi ut magistro. Lucubrationum suarum omnem caveo protelationem; tacitis consenuit annis. Hebdomadalis ad Urbem missitatio facit meae sollicitudinis periculum. Mirum quam nare odora exploret invidus in hanc praedam; verum, et frustra iacitur rete ante oculos pennatorum.

Catholicum Belgium gloriose defrutatum est in noxiis dogmatibus post nuperum Sanctae Sedis anathema. Attento oculo ipsum percurrit vigilantia et admirabilis prudentia praesens apud Bruxellenses Sanctae Sedis Internuntii. Erit interim et contentio quoadusque occurramus omnes in virum perfectum.

Da veniam, Praesul Illustrissime, huic audaculae meae scriptatiunculae: pudorem meum deposuit iustus labentis nostrae domus dolor, quam flexis genibus iuvare rogo. Deus Optimus Maximus Illustrissimam tuam gratiam suae Ecclesiae diu servet incolumem.

Val. Lat., ms. 13273, f° 754rv.

176.— *Lupus à Favoriti*

Louvain, le 6 septembre 1680

Le livre sous presse. Félicitations et vœux. — Elapsa Dominica fuit annua festivitas civitatis Lovaniensis. Huic non plene laboratum est.

Est tamen factum aliquid. Sanctissimus Dominus Noster iam explevit quartum annum papalis sarcinae, cum gaudio omnium bonorum fidelium.

Et ex pectore precor annos de meis. Deus Optimus Maximus Illus trissimam Dominationem Vestram suae Ecclesiae diu custodiat.

Vat. Lat., ms. 13273, f° 779.

177.— *Lupus à Favoriti*

Louvain, le 13 septembre 1680

Envoi de fascicules. Promesse de docilité. — Iterum mitto aliquot folia. Sic paulatim tendimus ad finem. Quae Illustrissima Gratia Vestra iubet circa virum illum ⁸⁵⁾ reponendum in omnem amicitiam, libenter exequor. Et plena mea benevolentia numquam defuit. Attamen supplico, ut vestra benignitas non se permittat suaviter duci in nimia beneficia, quae forsitan possint non succedere iuxta spem vestrae optimae mentis. Expediet aliquando audire Dominum Internuntium. Divina Clementia Illustrissimam Dominationem Vestram Catholicae Ecclesiae diu custodiat.

Vat. Lat., ms. 13273, f° 809r.

178.— *Lupus à Favoriti*

Louvain, le 20 septembre 1680

Envoi de fascicules. Souhails. — Has chartas mitto in vigilia Sancti Matthaei, cuius festivitas nobis dedit nostrum optimum ac Santissimum ⁸⁶⁾. Completo eius quarto anno Divina Clementia dignetur addere reliquos Sancti Petri Apostoli. Eius, uti et Illustrissimae Dominationis Vestrae me gratiae commendo, Dominum Deum rogans ut utrumque diu custodiat.

Vat. Lat., ms. 13273, f° 1074r.

179.— *Lupus à Favoriti*

Louvain, le 23 septembre 1680

Envois. Le différend avec l'archevêque de Malines. — Iterum mitto aliquot folia. Sequenti septimana spero mittere complementum dissertationis de *Appellationibus* Gallicanis. Ex pectore commendo persecutiones, quas patimur a Domino Archiepiscopo. Et supplico, ut ab eius paucissimis patronis obrepi sibi non permittat Illustrissima Vestra

⁸⁵⁾ S'agit-il de Gommaire Huygens ?

⁸⁶⁾ Innocent XI fut élu le 21 septembre, fête de saint Mathieu.

Iustitia, quam Deus Optimus Maximus catholicae Ecclesiae diu custodiat.

Vat. Lat., ms. 13273, f° 855r.

180.— *Lupus à Favoriti*

Louvain, le 4 octobre 1680

Le livre sous presse. — Hac septimana fuit aliquid impedimenti, ideoque transmitto duo dumtaxat folia. Liber excrescet ad quinque alphabeta. Interim omni diligentia properabimus ad finem. Deus Optimus Maximus Illustrissimam Dominationem Vestram diu custodiat.

Vat. Lat., ms., 13273, f° 899r.

181.— *Favoriti à Lupus*

Rome, avant le 5 octobre 1680

Civilités. Intérêts du neveu. — De mea erga te voluntate merito polliceri tibi potes quicquid in me opus atque officii erit, qualibet oblata opportunitate tibi gratificandi. Mihi enim pro te intercendenti bene vicissim pollicetur paterna Sanctitatis Suae erga te propensio. Quod profecto experieris in beneficio, cuius possessionem adire adhuc non potuit nepos tuus, si remedium quod proponis naturae beneficii et stylo Datariae apostolicae non repugnet. Ac laeta tibi omnia a Deo auguror.

F.F.C., t. 8, f° 118r.

182.— *Lupus à Favoriti*

Louvain, le 11 octobre 1680

Le livre sous presse. — Quidam ex Gallia amicus mihi scripsit nullum esse periculum, ut notus Illustrissimae Vestrae Dominationi liber Regi Christianissimo displiceat. Quin imo futurum dicit, ut plurimis placeat. Quia isti novatores plurimis displicent. Adiungo aliquod iterum folia. Deus Optimus Maximus Illustrissimam Dominationem Vestram diu custodiat.

Vat. Lat., ms. 13273, f° 918r.

183.— *Lupus à Favoriti*

Louvain, le 18 octobre 1680

Remerciements. La mort du cardinal Albrizzi. Le livre sous presse. Les intérêts du neveu. — Sanctissimo Domino Nostro, ac Illustrissimae

Vestrae benignitati sum plurimum obligatus, et summas ago gratias, rogans Dominum Deum, ut praeter bonam voluntatem possim Apostolicae Sedi referre aliquid operis. Quantum doleam Eminentissimi Domini Albritii mortem, non possim eloqui. Quod ego singularissimum patronum amiserim, est res parvi ponderis; at Catholica Ecclesia amisit magnum praelatum, firmam iustitiae columnam. Non desinam commendare eius animam divinae clementiae. Gaudeo huc usque impressa placere. Assiduo pergimus. Et confido fore ut ante Quadragessimam sint omnia finita. De mei nepotis negotio agam cum Domino Internuntio; et si contigerit nos indigere vestro auxilio, praesumam esse importunum Illustrissimae Vestrae Gratiae, quam Deus Optimus Maximus diu custodiat.

Vat. Lat., ms. 13273, f° 934rv.

184.— *Lupus à Favoriti*

Louvain, le 25 octobre 1680

La mort du cardinal Albrizzi. — Eminentissimi Domini Cardinalis Albricii mortem summopere doleo: non quia ego patronum perdidici, sed quia catholica Ecclesia amisit summum praelatum. Attamen cum summo gaudio intellexi eius testamentum. Certe Cardinalem sic oportet mori. Spero fore, ut ipsum suo tempore revideamus in sanctorum gloria. Deus Optimus Maximus Illustrissimam Dominationem Vestram diu custodiat.

Vat. Lat., ms. 13273, f° 887r.

185.— *Lupus à Favoriti*

Louvain, le 1^{er} novembre 1680

La nonciature de Bruxelles. — Intellego nostrum Dominum Internuntium evocari Taurinum ad Nuntiaturam Sabaudiae. De quo doleo et gaudeo. Doleo nobis eripi praelatum optimum at prudentissimum, et mihi singularissimum patronum; gaudeo vero eius merita esse considerata a Sanctissimo Domino Nostro, et ipsum evectum ad altiora. Etiam audio ad nos venturum [Casoni] nepotem Illustrissimae Vestrae Gratiae: quod utinam fiat. Sic enim non plene carerem benignissima vestra praesentia. Porro futurum apud nos interregnum debet habere aliquem administratorem apostolicae iurisdictionis. Et ex rationibus supplico, ut ista eligenda persona permittatur arbitrio Domino Internuntii. Etenim Dominus Pigliardi, eius secretarius, est vir aptus et dignus ac rerum Belgicarum peritus. Hanc gratiam praesumo supplicare ab Illustrissima Dominatione Vestra, quam Deus Optimus Maximus diu custodiat.

Vat. Lat., ms. 13273, f° 1016rv.

186.— *Lupus à Favoriti*

Louvain, le 8 novembre 1680

La maladie du pape. Le différend avec l'archevêque de Malines. La nonciature de Bruxelles. Le livre sous presse. — Cum grandi dolore intellexi Sanctissimum Dominum Nostrum per aliquot dies non bene habuisse. Et plurimum gaudeo, quod divina clementia illum sanitati restituerit. Absit a nobis tale malum. Omnes hic optant, ut Sua Sanctitas tandem provideat collegio Dominorum Cardinalium. Nam si mors, quod Deus avertat, illum praeveniret, Illustrissima Vestra Providentia novit mala, quae possint nasci in totam Ecclesiam. Haec sunt supra meum captum, attamen procedunt ex pio affectu.

Exempti regulares plurimum obligantur Illustrissimae Benignitati Vestrae de favorabili ac iusta sententia circa quaestiones Domini Archiepiscopi; verum illa huc usque nihil operatur. Dominus enim Archiepiscopus perseverat in suis opinionibus. Et murmurat de facto recursum ad Sedem Apostolicam. Nuperrime mihi adfuit Pater Guardianus Capucinorum, ex parte sui provincialis graviter conquerens, quod episcopales ministri varios fratres, quos provincialis approbandos miserat ad sacramentum poenitentiae, noluerint examinare, dicentes sibi non esse tempus. Quare supplico, ut Illustrissima Vestra Gratia dignetur his vexationibus finem imponere. Etiam commendo negotium, quod tangit Dominum Internuntium, et pro quo supplicavi ab octiduo.

Gaudeo nostras chartas placere Illustrissimae Vestrae Sapientiae. Dum ad finem pervenerimus, omnia necessaria perscribam Illustrissimae Dominationi Vestrae, quam Deus Optimus Maximus Ecclesiae suae diu custodiat.

Vat. Lat., ms. 13273, f° 1028rv.

187.— *Lupus à Favoriti*

Louvain, le 29 novembre 1680

Les intérêts du neveu. — Praeterita septimana sumus passi naufragium. Etenim cursor fuit spoliatus a latronibus, qui illi reddiderunt epistolam, libri autem folia retinuerunt. Hinc cogor mittere alia.

Circa nepotis mei beneficium cogor pauca verba scribere. Quaestio ista non componetur nisi per iudicalem sententiam. Et nullatenus congruit ut ego, licet forsitan cum veritate, praetendam beneficium esse liberum ac foraneum, quod simplex istius parochiae populus vult obligari ad suum ministerium, ideoque et ad residentiam. Porro canonicatus, quem meus nepos Lovanii habet, est miserabilis, et nequaquam sufficit ad victum. Eius enim annui proventus non pertingunt ad quinquaginta scuta. Hinc supplico ut istud beneficium reponi possit ad liberas manus Suae Sanctitatis et ex occasione supplicari pro aliquo alio. Attamen nihil volo fieri sine beneplacito Illustrissimae Vestrae

Gratiae. Mittam Dominum Hubertum Fabri, rogans ut Illustrissima Vestra Benignitas illi dignetur sua sensa edicere. Ille tunc aget in Data-ria. Hanc meam fiduciam ignoscere dignetur Illustrissima Vestra Gratia, quam Deus Optimus Maximus diu custodiat.

Vat. Lat., ms. 13273, f° 1098rv.

188.— *Lupus à Favoriti*

Louvain, le 13 décembre 1680

Remerciements. Le gallicanisme. Le livre sous presse. — Quod mei qualescumque labores placeant Suae Sanctitati admodum gaudeo. Omnia enim sunt precaria beneficia divinae gratiae, cuius sunt uti nos, ita et omnia nostra. Summas etiam ago gratias quod Illustrissima Vestra Benignitas sit dignata attendere meas preces pro D. Marco Antonio Pigliardi ⁸⁷⁾. Spero fere ut istud munus, si consequatur, recte et fideliter expleat.

Arrestum illud Parlamenti Parisiensis ⁸⁸⁾ apud nos non comparuit. Eius nullam habemus notitiam, nisi ab hebdomadariis relationibus. Etiam istius Richerii opus hucusque ignoramus ⁸⁹⁾. Conabor tamen accipere Colonia. Quid aliqui Galli in mente habeant, ego non capio. Videntur velle lacerare Ecclesiam. Ipsorum enim machinamenta transcendunt omnia tentamina Eusebianae olim factionis.

Plurimi boni viri videntur ipsos temere. Nam Benedictinam Congregationem Sancti Mauri quis dubitet esse plenam viris optimis, et tamen in nuperrimis suis ad Sancti Augustini epistolas scholiis etiam impetunt Africanorum episcoporum appellationes ad Sedem apostolicam. Et palam scribunt ex timore istorum hominum, quod gravissime doleo. Interim, licet invitus, singulari capite sum conatus destruere ista scholia ⁹⁰⁾.

Brevi proditurus liber erit iustum volumen et vix patietur addita-menta, nisi velimus facere iusto crassio-rem. Interim omnes istae petulantiae imo blasphemiae indigent freno. Ego disposueram complere *Scholia in generales synodos*, attamen non possim extremos meos dies sanctius impendere quam pugnando pro divinis privilegiis ac episcopali cathedra Sancti Petri Apostoli. Et in extremo Dei iudicio non possim meliorem advocatum accipere. Quare si placeat Suae Sanctitati,

⁸⁷⁾ Employé de la nonciature à Bruxelles.

⁸⁸⁾ En novembre 1680, un décret royal ordonna de remettre, sans les ouvrir, tous les documents qui viendraient de Rome.

⁸⁹⁾ En 1680 fut publié à Cologne l'ouvrage posthume d'Edmond Richer : *Historia conciliorum generalium in quatuor libros distributa*.

⁹⁰⁾ Dans son ouvrage sous presse, seconde dissertation, chapitre XXIV (Opera omnia, t. VIII, 243-246), Lupus s'oppose aux « novissimi augustinianarum epistolarum vulgatores et scholiastae ».

faciemus secundum volumen. Expectabo arbitrium Ill^{mae} Dominationis Vestrae, quam Deus optimus maximus Catholicae Ecclesiae diu custodiat.

Vat. Lat., 13273, f° 1157rv.

189.— *Lupus à Favoriti*

Louvain, le 26 décembre 1680

Vœux. Le froid. La comète. — Haec sacro-sancta festa iterum precor felicissima. Et mitto duo folia. Quominus plura mittantur, continuata festivitas efficit. Interim magnis passibus tendimus ad finem.

Patimur hic immane frigus et immensas nives, a quibus acerbe affligimur et fimus insigniter pigri. Deinde nobis apparet horrendus cometa. Eius corpus est satis modicum ac luridum potius quam lucidum. Porro diversi affirmant quod vario tempore videatur varium. At vero eius cauda est admodum larga et valde lucida. Est multis vicibus largior sua stella. Longitudo eius est immense et incredibilis. Et non desinit ad instar pyramidis in punctum, sed ad instar coni in varias virgulas. Est plane humilis et parum remotus a nobis, ideoque existimo a vobis non videri in Italia. Divina clementia dignetur monstra convertere in bonum, nobis dare veram conversionem cordis et Ill^{mam} Dominationem Vestram diu custodire Ecclesiae catholicae.

Vat. Lat., 13273, f° 1215rv.

190.— *Favoriti à Lupus*

Rome, le 11 janvier 1681

Approbation des activités littéraires. — Legi Sanctitati Suae postremas litteras tuas in quibus scire cupis an probe te, relictis scholiis generalium synodorum, aggredi aliud volumen pro defensione cathedrae Sancti Petri. Iussit me ad te scribere sibi id vehementer probari... [sic]. Magno paterni affectus sensu memoriam tui conservat. Te defensorem, te vindicem auctoritatis pontificiae omnes praedicant et posterī praedicabunt.

WIJNANTS, *Epistola dogmatica Rodulphi*, p. 34.

191.— *Wynants à Favoriti*

Louvain, le 18 avril 1681

La maladie de Lupus. Sa nomination à une chaire « royale ». Ses livres. — Luctatus est Pater Magister Lupus cum gravi infirmitate, et huius adhuc sentiscit onerosissimas reliquias. Martialis luna fere ipsius vitae dies inclinasset, qui modo per Dei gratiam videntur in

annos producendi. In hoc sui morbi luctamine, nescio quis academicus, Illustrissimae Gratiae Vestrae non ignotus [Van Viane], contra ipsum ciere ausus fuit varias cavillationes, ob collatam ipsi a clementissimo nostro Rege regiam et primariam scholasticam lectionem. Hanc huic magistro omnes pene Belgii primates magno corde aggratulati sunt. Et quaerit hic vir, nescio quos in scirpo nodos. Est res indubitata, quin regularis in hanc cathedram suffectio, sit praeclarum et incomparabile Ecclesiae Belgicae beneficium. Et Ill^{mus} Dominus Internuntius, cuius prudentiam et in rebus agendis dexteritatem omnes suspiciunt et admirantur, in hoc facto promeritus est aeternam gloriam; fecit, quod a saeculo factum fuisse convenisset. Praefatos adhuc currentes motus speramus intra paucos dies sopiendos: hos excitat radicatum in regulares odium. Et utinam nostri regulares magistri appenderentur in statera cum huiuscemodi corrivalibus; facta et acta probant huius meae optionis veritatem. Videtur in nostro Magistro Lupo illud complendum: *positus est in ruinam multorum, et in signum cui contradicetur.*

Ex certis motivis, etiam ab Illustrissimo Domino Internuntio approbatis, omittemus propositiones Lovaniensium. Apportabit ipsum opus sufficientem secum invidiam. Titulus fuit ante datas Illustrissimae Gratia Vestrae litteras complete impressus. Et hinc si ipsum dignetur ut talem pati Illustrissima Vestra Prudentia, erit res nobis compendiosior. Dum vires paulisper adhuc accreverint Patri Magistro, studebit dedicatoriae superaddere quae suggessit Gratia Vestra, quam Deus Optimus Maximus Ecclesiae suae diu servet incolumen.

F.F.F., dossier 28, f° 243rv.

192.— *Wijnants à Favoriti*

Louvain, le 8 mai 1681

Lupus est mourant. L'état de ses publications. Ses collègues, défenseurs et successeurs. — Neve liturarum pudeat, dum viderit illas; de lacrimis factas sentiat esse meis. Per unum hominem peccatum intravit in mundum. Et per peccatum mors. Meus Magister Eximius et magnus doctor, frater Christianus Lupus, haeres peccati, natura filius irae, incipit obdormiscere cum patribus suis, ut in tempore revelationis occupet et iudicandi locum. Munitus est sexta currentis mensis maii extrema sacra unctione et septima praefati sacro viatico: in omnibus et per omnia sensibus et iudicio plenus. Videtur purgans eius ignis adhuc per dies aliquot, ut salvus fiat, durabilis. Solum ingemiscit in suum Mediatorem et consortium sanctorum. Bonum certamen certavit, fidem servavit, et in reliquo posuit spem suam in Domino. Videtur mundus de caetero non fuisse ipso dignus.

Praeclarum eius de *Appellationibus* opus sub finem huius septimanae videbit lucem, quando et lux oculorum eius fortasse claudetur. *Epistolae sancti* et magni istius *martyris Thomae Cantuariensis* haerent sub praelo; sub ipso adhuc et haerent *Scholia in epistolas variorum*

Patrum. Utinam *Sancti Thomae epistolae*, vere dogmaticae, potuissent interpretem huius Eximii Magistri habere sermonem vivum et penetrabilem. Parva agonizantis huius Magistri opuscula de monasteriorum simonia, de probabilitate, de parochiis, de catholica contritione et attritione, et huiuscemodi aureis lineis, qua via venient in viam publicamque lucem, non video : cadit etenim lumen oculorum nostrorum. Fateor, relinquit duos in provincia superstites, doctores insignes, Patres Magistros Franciscum Farvacques et Lambertum Le Drou.

Enim vero necdum attingunt usque ad gradum, in quem adscenderat religiosissimus meus magister. Dicam tamen, et dico verum, non habent praefati Magistri in hac universitate cui cedant; possint et facile inter primos reputari. Inter omnes, quos hic Lovanii et in Belgio habemus Sacrae Theologiae doctores, putem quod praefatus Eximius Franciscus Farvacques in veteri novaque scholasticae doctrina sit facile primus. Et hinc infirmus meus Magister ipsum suffecerat substitueratque in suam cathedram publicam, dum sua praesenti infirmitate detineretur. Verum et Eximium Patrem Christianum Lupum et hunc eius substitutum, vir, aut viri pauci persecuti sunt odio et gratis, et hactenus contra ipsos recalcitrarunt. Serenissimus noster Princeps pro parte imposuit modum.

Praefatus Magister Farvacques est in iudicio, sensu, doctrina et interpretatione scriptorum Patris Magistri Lupi inter caeteros magis versatus. Est et ille, qui in tempore possit respondere obloquentibus, si dormiat, optimo meo Magistro. Et hinc existens in mortis confiniis supplicavit nostro Serenissimo Principi, ut gratiam, qua ipse nunquam fuit gavisus, dignetur derivare in suum hunc confratrem ⁹¹⁾. Petit et in hoc suo mortis lecto, ut aula Romana, cuius Gratia Vestra est pars et portio venerabilis, hisce suis extremis suffragiis et votis, ad aliquot suorum laborum solatium in Ordinis nostri decorem et honorem dignetur aliquam guttam suae benevolentiae et beneficentiae elargiri. Scripsi statum praesentem omnem ad Illustrissimum Dominum Inter-nuntium, cui per omnia parebimus. Haec scripsi ad lectum mei magistri, qui utinam videretis, quo affectu venetur fidèlem vestram in ipsum animam et dicit extremum vale Illustrissimae Gratiae Vestrae.

Vat. Lat., ms. 13273, f^o 347r-348v.

193.— *Favoriti à Wijnants*

Rome, le 31 mai 1681

La maladie de Lupus. — Iuvat sperare adhuc vivere Patrem Lupum, cuius tamen obitus quandocumque supervenerit, gravis quidem non solum vobis, sed Lovaniensi academiae et huic Sanctae Sedi imprimis accidet. Invidendus tamen potius quam deflendus, cum

⁹¹⁾ Visiblement, Wijnants fait des démarches pour faire succéder Farvacques à la chaire « royale » de dogmatique à laquelle Lupus venait d'être nommé.

dubitare minime fas sit quin vir tantae pietatis, tamque de hac Sancta Sede atque Ecclesia universa illustribus eruditionis suae foetibus praeclare meritis, ad insignem coronam a Deo evocetur.

WIJNANTS, *Epistola dogmatica Rudolphi*, 34-35.

194.— *Wijnants à Favoriti*

Louvain, le 6 juin 1681

Sur son lit de mort Lupus demande de ne pas rendre une sentence qui soit favorable à l'archevêque de Malines. — Scribam pauca, quae ex ore Patris Magistri Lupi iam recipio, ac ipsa de ipso refero Illustrissimae Vestrae Gratiae. Usque ad animae suae divisionem ipsum stringit certus ac incertus rumor, qui renuntiat Belgicam Ecclesiam concutientem super augustissimi ac venerabilis Sacramenti consueta expositione ac adoratione, ac item ipsius comitatu cum Sanctorum reliquiis ac imaginibus.

Nomine Patris Magistri Lupi rogo Illustrissimam Vestram Gratiā, ne Ecclesia Romana ac prima Sedes deveniat in hanc sententiam. Serventur piae, immo apostolicae in hac Mechliniensi dioecesi avitae consuetudines: neque demus ipsis vicinis haereticis ac ipsis infirmis catholicis occasionem maioris lapsus. Si Eminentissimi Principes Cardinales, Iacobus Rospigliosius, Cardinalis Nortfolcia iudicent hoc Archiepiscopi Mechliniensis attentatum posse cum Ecclesiae Belgicae subsistentia Romano oraculo roborari, omnes sumus obedientiae filii. Dignetur generosa vestra pietas haec suscipere in semine et verbo veritatis.

Et quae sunt hae novitates? Scandalosae evertentes omnem populum in rebellionem ac inobedientiam? Numquid Ecclesiae Romanae ac Sanctae Sedis ministri, qui Belgicae Ecclesiae praefuerunt hos abusus (quos fraudulenter fingit praesens Illustrissimus Mechliniensis) aut correxissent aut detulissent? Per Dei-hominis misericordiae viscera rogat Sanctam Sedem meus magister ne cogamur discedere ab avitis ac sanctis nostris consuetudinibus. Praesumam cursore proximo alias dare ad Vestram Illustrissimam Gratiā, quam Deus Optimus Ecclesiae Suae diu custodiat.

F.F.C., dossier 28, f° 247r-248r.

195.— *Wijnants à Favoriti*

[Louvain, vers le 15 juin 1681]

La mort prochaine de Lupus. Ses écrits. Le différend avec l'archevêque. — Iudicium, quod formari iuste posset de morbo Patris Magistri Christiani Lupi, est valde anxium: incoepti tandem adhibere Sanctae Ecclesiae exorcismos. Mundus est iniquitate plenus: optimus et piissimus hic senex (ex cuius ore in tam gravi doloris lecto verbum impatien-

tiae non audiui) nec moritur nec vivit; fuit in ruinam multorum datus. Et hinc, scit Deus, non percipiunt videntes quid tenebrarum in ipso latitet. Ego per subsequentes iam menses, nec nocte, nec die pedem ab ipso movi nec movere me sinit. Et quoties adscenderit in sanctam reminiscentiam Sanctitatis Suae, ambo videbunt in lumine aeterno. Vivit et moritur ille gradu et passu, quibus docuit, et etiamnum docet. Pergimus dietim in sudantibus adhuc praelis, renuntiantibus *Epistolas Magni Martyris Sancti Thomae Cantuariensis*, ac alta *Scholia*, quae praeparavit illuminatissimus meus Magister in *Epistolas Patrum* variorum Ephesini concilii.

Quod hactenus (et forte adhuc ad annos) datus nobis sit Pater Magister Lupus refero in Sacramentorum Sacrorum, ipsi iam a quinque septimanis datorum, gratiam. Opus de *Appellationibus* est iam pridem absolutum. Bibliopola, quia extra suum domicilium et civitatem impressit, adscendit in altius pretium: neque festinat nec maturat in Urbem missitare, nisi reddatur securus de pretio.

Magister meus haere, inter suas peccati primi poenalitates, et ego non sum iste vir, qui super periculis in viis aut terra aut mari, neque super sponsione pretii aut librorum, possim respondere. Dixi bibliopolae; *ipse scribas; ac interim mitte terra unam librorum ballam.* Reminisci dignetur apostolica vestra pietas praecedentium literarum.

F.F.C., dossier 28, f° 239r-240v.

196.— *Wynants à Favoriti*

Louvain, le 4 juillet [1681]

Le maladie de Lupus. La visite de l'internonce et du capucin Marc d'Aviano. — Multarum virtutum vir Pater Marcus d'Aviano, comite et duce apostolico apud nos internuntio secunda currentis adfuit Fratri Christiano Lupo. Fuit inter hos sanctorum sermo; et manuum impositio, intra modica temporis intervalla, aut faciet ipsum felicius de hoc mundo migrare, aut naturae deficientis necessitate cogente ipsum miraculose transferet in longius sui corporis tabernaculum.

Miranda sunt et stupenda quae hic thaumaturgus apud nos perpetravit. Interim vereor ne Pater Magister Christianus Lupus ex hoc suae infirmitatis strato propediem attolletur in coelestem gloriam. Hactenus fui cum ipso in diurnis ac nocturnis vigiliis; et modo, quando vel maxime charitatis meae solatio indigeret me sibi immobiliter affigit crudelis lectus. Si tamen fiat postulata per ipsum tot suspirii et gemitibus corporis depositio, manibus pedibusque reptans cupio videre gloriosum sanctae huius animae transitum. Nescio exprimere quanto qualique gaudio suffusus fuerit Eximius hic Doctor in adventu Illustrissimi Apostolici Internuntii. Fuit gratiam; non enim humile ipsius tugurium merebatur huiusmodi accessus.

Illustrissimus Dominus Internuntius illum dilexit usque in finem. Quae Illustrissimae Vestrae Gratiae sollicitudo dignata fuit mihi dare

mandata, complebo usque ad iota et apicem. Ostendam me praemissam non amissam in Vestra Illustrissima Benevolentia invenisse haereditatem. Postulata folia inquirere et transmittere non sinit terebrans genuum pedumque meorum articulos dolor. Hoc decocto, ministerii mei partes istae alacritate adimplevero, qua semper studui esse fidelis servus Patris Magistri Christiani Lupi et perpetuare studebo usquedum vixero.

F.F.C., dossier 28, f° 266rv.

197.— *Favoriti à Wijnants*

Rome, le 19 juillet 1681

La maladie de Lupus. — Nullum invenio solatium par dolori leniendo, quem conclamatus Patris Lupi nostri status mihi innuit. Fortassis per Patrem Marcum [ab Aviano] Deus illum sanitati restituet, si in tempore advenerit. Ego ipsum in quotidiano sacrificio divinae clementiae impense commendo. Si in coelum evolaverit, nos inde paterno affectu respiciet, et Ecclesiae Dei alia potentiori ope succurret... [sic].

WIJNANTS, *Epistola dogmatica Rudolphi*, p. 35.

198.— *Favoriti à Ledrou*

Rome, le 9 août 1681

La mort de Lupus. Sa pension servira à la publication de ses œuvres. Le manuscrit du cardinal Casanate. — Obitus Patris Lupi, cum fuerit ipsi a Deo gloriosus, non debet nobis moerorem luctumque afferre. Agenda potius Deo gratiae, quod vir doctissimus sanctissimusque tamdiu vixerit, quoad Sedis apostolicae auctoritatem dignitatemque potuit a perditorum hominum fraudibus calumniisque defendere editis voluminibus mirabili eruditione et doctrina refertis, ad catholicae Ecclesiae solatium et posteritatis memoriam sempiternam. Tu, qui sub eius disciplina adolevisti, eximia pietate a Deo et pari ingenio a natura ornatus, insiste clarissimi viri vestigiis, futurus aliquando Ordinis tui decus, et egregius Sedis apostolicae miles. Sanctitas Sua oculos numquam deflectit a rebus vestris a cuius paterna charitate omnia vobis polliceri debetis.

Ego sane non omitam occasiones de tua virtute benemerendi, cui gratias interim de humanissimo officio plurimas habeo, et recta omnia a Deo auguror.

Saluta plurimum meis verbis Patrem Vignant [Wijnants] eique significa mandatum fuisse curiali Valentino, ut pensionem quam quodlibet semestri solvebat Patri Lupo quinquaginta scutorum monetae Romanae solvat in posterum ipsi impedenda colligendis imprimendis-que operibus posthumis tanti viri.

Eminentissimus Casanatta cupit recuperare manuscriptum volumen variorum opusculorum Sanctorum Patrum, quod exscriptum ex bibliotheca cassinensi tradidit Patri Lupo in Urbe commoranti ⁹²).

Rem mihi gratissimam feceris, si una cum Patre Vignant curaveris, ut ad eiusdem Cardinalis manus quamprimum ac tuto redeat. Vale et ora pro me.

F.F.C., t. 8, f° 213r-214r.

199.— *Favoriti à Wijnants*

Rome, le 23 août 1681

Les écrits de Lupus. Le différend avec l'archevêque de Malines. — Magno cum desiderio expectamus scholia in opuscula Patrum Concilii Ephesini, quae si, ut scribis, tam luculenter asserunt pontificiam auctoritatem, plane perspicitur divinam providentiam adesse Ecclesiae suae in tempore opportuno, cum videlicet haeresis politicorum, seu potius schisma regalistarum regiam auctoritatem supra sacerdotalem, et supra ipsam Christi Vicariam potestatem extollere conatur.

Ubi ad Urbem venerint 300 exemplaria operis de *Appellationibus*, ego tredecim pro te servabo, retento pretio uti a bibliopola promisso Patri.

⁹² Ce manuscrit (ou plutôt ces notes manuscrites prises d'un manuscrit) a donné lieu à une correspondance avec le cardinal Casanate, laquelle est conservée à Rome, *Bibliotheca Casanatense, Stanza del Cardinale*, ms. 337. Le 28 août 1681 Wijnants fait savoir qu'il a examiné en vain tous les papiers de feu Lupus. Il pense donc que le manuscrit est resté à Rome, ou qu'il a été envoyé par la caisse : Dum defunctus meus Magister Roma discessit, ibidem reliquit magnam scriptorum suorum ac librorum sarcinam et haec a tribus poene mensibus est commissa mari per R.P. Seraphinum carmelitam in Transpontina. A cause de la kermesse de Louvain, Wijnants n'a pas pu terminer l'impression des livres (*Variorum Patrum Epistolae et Scholia et Notae ad variorum Patrum epistolae*). On est arrivé au chapitre 175. Pour les 15 chapitres suivants il reste encore des notes; pour les 28 autres, elles manquent à cause de la maladie et la mort de Lupus. Avec beaucoup de peine il a tiré des papiers de Lupus les notes des chapitres 112 à 200.

Le 30 août, l'internonce Tanara rassure Casanate qu'aucun livre ou papier n'a été retiré de la chambre de Lupus. Il est donc certain qu'on retrouvera le manuscrit de Théodoret perdu. Le 3 octobre suivant, il peut en effet, envoyer *il rimanente delle Epistole di Teodoro*, avec les feuilles déjà imprimés. On attend la permission du cardinal pour le tirage. Le 17 octobre 1681, Tanara parle de l'équivoque entre le manuscrit du Mont Cassin (qu'on croyait confié à Lupus) et les copies de Théodoret remises à Lupus à Rome. Ces copies furent consignées à l'imprimeur. On pourra les recouvrer, mais salies. Les lettres de Théodoret furent confiées à l'imprimeur, déjà par Lupus, mais les lettres de saint Cyrille ne le furent pas, sur le désir du cardinal. Le 24 octobre Tanara envoya une première partie des feuilles imprimées. Il réserva, pour une bonne occasion, l'envoi du manuscrit (les copies) que Lupus apporta de Rome.

Ne graveris characterem P. Lupi eruere. Est enim operae pretium; ac tanto uberius meritum apud Sacras Literas tibi comparabis. Accepi libentissime *Dissertationem de processionibus*, sed cupio integram habere. Ego curabo, quantum in me erit, ne iustis regularium in Belgio praerogativis praeiudicium inferatur. Vale, et ora pro me.

F.F.C., t. 8, t. 214rv.

200.— *Ledrou à Favoriti*

Louvain, le 12 septembre 1681

Le manuscrit du cardinal Casanate. Le couvent de Huy. — Omni diligentia scrutati summus cellam, chartas et libros defuncti Patris Lupi, et invenire non potuimus manuscriptum volumen, ipsi ab Eminentissimo Domino Casanata consignatum; ideoque arbitrator inesse sarcinae variorum librorum, quam Pater Lupus reliquit in Urbe, opera ac studio Patris Seraphini huc transmittendam. Fallor, aut haec brevi appellet; atque tum eam undique perlustrabimus; non segnem operam daturi, ut praefatum volumen (si quidem reperiamus) ad Suam Eminentiam secure perveniat.

Dominus Hubertus Fabri iam pluries me certiore fecit eximiorum officiorum quae Sua Illustrissima Gratia dignatur meo conventui Huensi impendere; et significavit fore, ut Sanctitas Sua, non obstante morte Patris Lupi, aliquid remittat de consuetis iuribus Datariae. Quo nomine sumus et semper erimus Sanctissimo Domino et Illustrissimae Vestrae Gratiae obstrictissimi. Sane Illustrissimus Dominus Slusius et Pater Lupus pridem testimonium perhibuerunt, conventum istum esse adeo tenuem, et per nuperam bellorum cladem tantopere attritum, ut praestandis omnibus iuribus par esse nequeat.

Multum profecto et fere supra vires praestiterit, dum summam a Domino Huberto postremo oblatam, pependerit. Humillime supplico Illustrissimae Vestrae in nos et in Patrem Lupum benevolentiae, ut dignetur in eandem rem officia sua apud Sanctissimum et Illustrissimum Dominum Datarium continuare, suae auctoritate, qua apud utrumque plurimum valet, efficere ut praefata summa acceptata, negotii exitum proxime consequamur. Religiosi istius conventus et ego Deum Optimum Maximum orare non desinimus, ut Illustrissimam Vestram in nos beneficentiam diu incolumem servet, tandemque coelestium aedibus insertam, pro ingentissimis suis meritis, cumulatissime remetiatur.

F.F.C., dossier 28, f° 16rv.

201.— *Favoriti à Wijnants*

Rome, le 13 septembre 1681

Les écrits de Lupus. Le différend avec l'archevêque de Malines. — Accepi folia omnia, quae pluribus literis inclusa alia post alia ad me

misisti, et magnopere laetata est Sanctitas Sua, et cum ea omnis literatorum cohors, inventa a te fuisse, quae non sperabantur alia quamplura Scholia inclyti magistri Patris Lupi in opuscula Patrum Ephesinorum.

Impatienter desideratur impressio, tum horum, tum epistolarum Sancti Thomae Cantuariensis et aliorum operum posthumorum, quae penes te asservantur, quaeque ex rudibus et incompositis characteribus eruendo, praeclarum apud Ecclesiam et doctos omnes meritum referes.

Capsae quibus includuntur exemplaria de *Appellationibus*, Mediolanum iam pervenerunt. Ubi ad Urbem venerint, tredecim retento pretio tradam, sicuti iubes, Patri Sanctae Florae vel Ordinis Generali, ut ex mente Patris Lupi distribuantur.

Cupio a te scire, an acceperis quinquaginta scuta romana pro termino pensionis proxime maturatae; si enim nondum acceperis, operam dabo, ut tibi quamprimum solvantur in editione operum quae restant exsolvenda.

Tractatum de simonia cura imprimendum; erunt enim in eo fortasse multa quae casuistae non attigerunt, quaeque operae pretium erit nostri temporis clericis innotescere.

Nimis benigne de me sentiebat Pater Lupus dum cogitabat de aliquo operum suorum mihi nuncupando. Ad tantam gloriam non aspiro. Tamen si eius voluntatem exequi voles, non diffiteor eo me tibi nomine fore obstrictissimum.

Habebitur brevi Congregatio pro dirimendis controversiis regularium cum archiepiscopo Mechliniensi. Omnia mature, et procul ab affectu partium discutientur. Accepi alia folia *Tractatus de processionibus*, quem tradam considerandum Patribus eiusdem Congregationis.

Caeterum habe me excusatum, si innumerae occupationes reddunt me in rescribendo tardiozem, qui nihil umquam antiquius habeo occasionibus gratum me humanissimo animo tuo, memoremque praestandi. Ac laeta tibi omnia a Deo auguror.

F.F.C., t. 8, fo 215r-216r.

202.— *Wijnants à Favoriti*

Louvain, le 23 octobre 1681

Civilités. Les écrits de Lupus. Sa pension. Le collège des augustins à Louvain. — Abfui Lovanio hebdomadibus prope sex. Medicorum sententia, propulsandae nescio cuius infrigitationis gratia, me damnarat ad Aquenses thermas. Et harum virtute meliusculae sum valetudinis. Edicere nequeo illud gaudium quo perfusus fui, dum Lovanium redux reverendissimas vestras et suspexi et legi literas. In ipsis aspexi et admiratus sum singularem illam beneficentiam et communionem (cuius nos oblivisci vetat Apostolus) qua me indignum prosequitur Illustrissima Vestra Pietas. Et per Dei gratiam allaborabo et studebo hisce carismatibus me non degenerem probaturum famulum.

Scholia et Notae, cum suis capitibus, in *Ephesinos Patres* iam iam fierent publicae litteratorum usurae, nisi retardarent sacratae literae Eminentissimi Domini Cardinalis Casanate. Cupit Eminentissimus hic Princeps praevidere, an nonnullae Theodreti epistolae (quas de apostolico suo iudicio omittendas iudicarat) praefatis Epistolis non sint insertae. Explevi mandatum Domini Cardinalis. Et ad Illustrissimum Dominum Internuntium, Comitem Tanarium (cuius apud Belgas in benedictione erit memoria, quemque purpuratorum Patrum catalogus cum irrefragabili Ecclesiae ac Sanctae Sedis fructu sperem aliquando sibi adscribet) non duntaxat misi originale impressionis scriptum, verum et ipsas, cum suis *Scholiis ac Notis, Epistolas*.

Et haec omnia pro prima parte sperem praesenti cursore ad Suam Eminentiam missitanda. Feci pro reverentia et cautela; nihil etenim in his omnibus reperi, quod possit omitti. Unicum rogo, ut Sua Eminentia dignetur nos liberare ab importunitate bibliopolae ac ab instantia eruditorum, signanter Gallorum, qui non sinunt me quietem super huius operis evulgatione. Suspendam negotium, quoadusque recepero sacratissima Suae Eminentiae mandata.

Intra dies decem erunt absolutae *Epistolae sancti Thomae Cantuariensis*. Sed nec has possim evulgare. Praescipit mihi meus defunctus Magister, ut ipsas nuncuparem Eminentissimo Principi de Nortfolcia [Howard]. Desuper scribe Nostro Reverendissimo Patri Generali. Sin haec inscriptio mihi praescribatur, egeo materia (cuius tamen est messis indefinita) dedicatoriae epistolae.

Caetera opuscula disponam in suas lineas, ac tempore opportuno ipsa inscribam Illustrissimae Vestrae gratiae.

Ego me retraxissem ad quamdam abbatiam, in qua mihi offertur commoditas docendae Sacrae Theologiae, nisi interrupta per gloriosam mei Magistri mortem, me retardarent praela, ac immortalitatis pro Ecclesiae monumenta, quae indefatigabilis lucubratio Eximii viri Patris Lupi nobis reliquit.

Accepi 28 Augusti elapsi quinquaginta romana scuta. Sed addam confidentiae verbum. Religiosae memoriae vir, Pater Magister Lupus, suae infirmitatis tempore multa absumpsit in medicinis ac pharmacis. Potiorem huius eleemosynae partem expendi in horum solutionem. Hic perfectissimus monachus, dum viveret, omnia sua proventus emolumenta dispersit in restaurationem literarii Lovaniensis apud nos collegii⁹³). Et ipsum amisit suum patronum ac restauratorem. Hinc haeremus in angustiis. Si Sua Sanctitas pateretur praefatum collegium inscribi: *Collegium Innocentii Undecimi, Pontificis Maximi*, res esset confecta. Mille et aliquot scuta posset Reipublicae christianae iuventuti dare perpetuum fructum. Ipsum hoc novum collegium est tam elegans ac praestans ac habemus in nostra Lovaniensi academia.

⁹³) N. TEEUWEN (*Het college der Augustijnen te Leuven*, dans *Augustiniana*, 1 [1951] 48-74) parle de l'intervention de Lupus dans la construction du nouveau collège (p. 62-63). Le P. Wijnants fut préfet de ce collège de 1671 à 1675 et de 1680 à 1681 (p. 70-71).

Fovet iuventutem totius Belgii. Polona, Germana, caeterarumque gentium generosa iuventus soluit in ipso accipere christianorum morum, ac humanioris literaturae, usque ad eloquentiam sua documenta. Temporis ac saeculorum processus ipsum consumpserat. Et hinc adiecit Pater Magister Lupus suum animum, seque totum, in huius evictionem ac restauramen. Si invicta vestra pietas dignetur huic ecclesiae incremento suffragari limatissimo suo patrocinio, fecerit rem Domino Deo gratissimam, ac universo Belgio utilissimam. Dignetur ignoscere meo zelo quem accepi a religiosissimo meo Magistro. Et cupio edoceri an pontificia clementia possit ad hoc pietatis opus disponi.

Et ne videar imponere, subiicio ipsum aedificium, eiusque spirituale incrementum quibuscumque iustis apud nos Apostolicae Sedis ministris. Per Patris Magistri Lupi mortem amissimus validissimum huius augustinianae provinciae ac signanter coenobii Lovaniensis os ac fulcrum.

In omni reverentia ac obedientia supplico, ne hae meae preces videantur duriores religiosissimae Vestrae Gratiae, quam Deus optimus suae Ecclesiae diu servet incolumem.

F.F.C., dossier 28, f° 249r-251v.

203.— *Wijnants à Favoriti*

Louvain, le 18 décembre 1681

La vie et les écrits de Lupus. Sa caisse de Rome vient d'arriver. Ses propositions dénoncées. Sa pension. Le collège de Louvain. Les élections dans la faculté de théologie. Le différend avec l'archevêque de Malines. La guerre. — Varia sunt, quae in transmissa ad me Vita habentur, ac sine scrupulo offensae imprimi non possint. Ista castigabimus, et reliqua impressioni parabimus. *Epistolae variorum Patrum* cum suis Scholiis ac Notis iam ex praelo sunt dimissae, et per Dei gratiam intra quindenam habebunt publicam lucem. Epistolas nuncupamus magno Etruriae Duci, Scholia et Notas Parmensi Principi, nostro gubernatori. Dominus Nicolaus Du Bois iniecit ipsi editioni quasdam moras, causans in ipsis Scholiis quaedam contineri, quae essent duriuscula : studebimus nos excutere ab ipsius censura. Speramus per praesentem cursorem, qui nedum appulit, accipere censuram ab Eminentissimo Domino Cardinale Casanate. Epistolae Sancti Thomae, revera auro pretiosiores, sunt in extremo limine. Bibliopola habuit interlapsum aliorum impedimentorum ; alias iam pridem lucem haberent. His omnibus expletis, cogitabimus de evulgandis variis opusculis, in unum tomum regerendis.

Librorum capsam, quam Roma defunctus meus Magister iam pridem expectarat, iam tandem accepimus. Utinam in hisce aliisque voluminibus ad paucos adhuc annos vivere ipsi licuisset. Nostrates prius sentiscere incipiunt quem amiserunt, seu potius praemiserint Patrem.

Intelligo inter propositiones ad censurandum Sanctissimo Domino Nostro oblatas, etiam quasdam esse desumptas ex thesibus et libris

piae memoriae Magistri nostri Lupi. Optassem ipso vivente hasce cum aliis discutiendis fuisse oblatas; potuisset satisfacere et exsufflare malignum intellectum. Revera leoni mortuo insultat et timidus quandoque lepus. Ausim interim sperare, quod Sancta Sedes nihil statuet in praeiudicium doctrinae ipsius, utpote quae in Scriptura Sacra ac Sanctis Patribus, signanter Augustino, est fundata. Et inter caeteras propositiones profertur haec, quae anno 1651 per ipsum fuit defensa pro doctorali sua aula: *uti omne carnalis concupiscentiae, ita quoque omne vitiosae originalis ignorantiae germen est proprii nominis peccatum.*

Quis non intelligat ipsum ibidem agere de actibus ac motibus deliberatis carnalis concupiscentiae ac vitiosae originalis ignorantiae? Apprime ipse intellexit motus primo primos, actusque indeliberatos non esse proprii nominis peccata.

Reliquas propositiones quae de ipso circumferuntur, necdum intelleximus. Unice commendamus Illustrissimae Gratiae Vestrae ne quid in praeiudicium famae ipsius, quae per universum orbem habet optimum odorem. Exspectabimus ab Illustrissima Vestra Gratia rescriptum quo nobis innotescet, si quid ex parte ipsius Patris Lupi per nostros Patres sit respondendum. Consulemus ipsius chartas, et ex iis dabimus responsa.

Prodiit hic Lovanii acclusus libellus; ac ipsum hoc momento recipio, quo et eundem ad Illustrissimam Vestram gratiam transmittito.

Optarem Sancti Thomae epistolas esse excusas. Est quasi ipsissima controversia, quae modo in Galliis disputatur; sunt pene omnia eadem. Urgebo impressorem omni possibilitate, et pro expeditione, constitui Bruxellis expressum correctorem.

Putem quod canon pensionis ex nunc exspiret: commendo ut Illustrissima Vestra Benignitas mandet fieri solutionem. Etiam prior et conventus Lovaniensis, revera pauper, se prosternunt ad pedes Sanctissimi nostri Domini. Utinam literarum novum nostrum collegium possit gaudere gloriosa inscriptione *Innocentii Undecimi*. Esset secunda papalis inscriptio in alma hac universitate.

Speramus iam tandem appulisse opus de *Appellationibus*, et Illustrissimam Gratiam Vestram rogamus cum omni reverentia ac fiducia, ut praefatum opus nomine Patris Magistri Lupi, iam, ut confido, in coelo regnantis, ac ipsius Lovaniensis conventus nomine Sanctissimo Domino offerre dignetur.

In facultate theologica necdum est facta defunctorum doctorum substitutio: debuissent hi viri acquiescere consiliis Illustrissimi Domini nostri Internuntii, quae suo damno aut distulerunt, aut neglexerunt.

Causa regularium in Belgio contra Dominum Archiepiscopum Mechliniensem sperabatur propediem a Sancta Sede determinanda, et experimur necdum placuisse oraculis dare responsa; dignetur religiosissima vestra pietas nos liberare ab huiusmodi vexis.

Patria nostra inter armorum nec quietem nec motum, miseria magna premitur. In Brugensi dioecesi conflagrarunt plurimi pagi a Gallo

milite, qui omnem pene terram eodem plane tempore aut terret aut premit. Deus Optimus Maximus Illustrissimam Gratiam Vestram suae Ecclesiae diu servet incolumem.

F.F.C., dossier 28, f° 252r-253v.

205.— *Favoriti à Wijnants*

Rome, le 10 janvier 1682

Écrits de Lupus. Ses propositions dénoncées. La pension. Le livre Rescriptum. Le différend avec l'archevêque de Malines. — Expectantur maiore in dies cum desiderio *Epistolae Sanctorum Patrum*, cum *Scholiis* Patris Lupi; sed multo ardentius *Epistolae sancti Thomae Cantuariensis*, quod contineant argumenta haud dissimilia iis, quae Romam inter Galliamque ventilantur; quamvis de re non dubia. Laudo consilium nuncupandi *Scholia* principi Parmensi, cuius propterea patrocinio gaudebunt adversus invidos obtrectatores.

Nondum delatae ad Urbem sunt capsae operis *De appellationibus*. Quae sane mora praeter ordinem est, et accidit huic Aulæ ingratissima.

Propositiones excerptae ex libris Patris Lupi iniquum iudicium non subibunt, cum exiguus vel nullus hodie locus in orbe sit artibus et potentiae accusatorum. Omnia aequa lance expendentur; neque cavillationibus aures patebunt. Ego pro virili mea curabo, ne quid tanti viri memoriae indecorum statuatur.

Pollicitus est mihi debitor pensionis Hispaniae, intra paucos dies exolvenda tibi scuta quinquaginta pro termino Sanctissimi Natalis proximi elapsi. Expectabo a te nuntium factae solutionis; ut alioqui eam urgeam.

Ago gratias plurimas de libello cui titulus *Rescriptum Clementis VIII* ingens suffragium libris Patris Lemos⁹⁴), contra quos inimica factio dentes acuit. Sed illident solido; neque assequantur, ut quicquam contra illos decernatur. Propediem finietur, me plurimum adnitente, controversia inter regulares Belgii, et archiepiscopum Mechliniensem. Vale, et ubi opera mea opus est, utere confidenter.

F.F.C., t. 8, f° 227v-228r

206.— *Favoriti à Wijnants*,

Rome, le 7 mars 1682

Vie et les Œuvres de Lupus. — Accepi inclusam literis Patris Ledrou *Vitam* clarissimi viri Christiani Lupi ex ordine tuo tibi que

⁹⁴) L'immense traité de la grâce *Panoplia gratiae* (4 vol.in-folio) de Thomas de Lemos, O.P. (mort en 1629) avait été publié à Liège en 1676. En la même année parut, à Liège aussi, le *Rescriptum a Clemente VIII*; cf. *Becdelièvre, Biographie Liégeoise*, t. II, p. 289.

eodem munere gratias ago maximas, quamvis erubescendum mihi fuerit dum me quoque perspexi inter tanti viri amicos honorifice recenseri. Agnosco in eo morem humanitatis erga me tuae. Expectamus reliqua opera quando absoluta omnia scribis. Et ut amicitia nostra nova semper occasione alatur et confirmetur, vehementer a te peto, ut opera mea frequenter utare, meque precibus tuis ex animo commendo.

F.F.C., t. 8, f° 241r.

207.— *Favoriti à Wijnants*

Rome, le 8 août 1682

Le livre de Lupus concernant Thomas de Canterbury. Les intérêts de Bernard Désirant, augustin à Louvain. — Incredibili me gaudio affecerunt tum folia indicis copiosi, tum tituli librorum *Vitae et epistolarum Sancti Thomae Cantuariensis*. Quod etiam Sanctitati Suae pergratum fuit audire. Transmisi ea omnia ad Eminentissimum Cardinalem de Norfolcia in Colle Albano rusticantem. Magno desiderio in Urbe expectantur; iam ad te scripsi centum exemplaria facile hic venditum iri, si tolerabili pretio vendantur. Satius est ea per oceanum et mediterraneum, quam recto itinere ad Urbem mittere, ut consulatur impensae.

In Gallia opportune legentur, cum nullum et in Urbe celebrius sit argumentum, quam potestas pontificia, quae ab his libris strenue vindicatur. Pater Bernardus Désirant hanc Sanctam Sedem non experiretur ingratam, si qua incedere via coepit, constanter progredietur. Ego nulli deero opportunitati de eius virtute benemerendi, quando ipsum tam luculenter laudas, tam impense commendas. Vale et perge in glorioso incepto Sedem apostolicam demerendi.

F.F.C., t. 8, f° 261v-262r.

208.— *Wijnants à Favoriti*

Louvain, le 29 octobre 1682

Les écrits et les papiers de Lupus. — Centum exemplaria operis ultimi sunt parata ut tranquilli maris beneficio ad vos deportentur. Misi hoc cursore indicis medietatem ad Eminentissimum Principem de Norfolcia, proximo missurus reliquam. Ab octiduo misi chartam flandricam ad Illustrissimam Vestram Gratiam, ex qua cognoscat nomen vectoris, qui centum exemplaria *Epistolarum variorum Patrum* transvexit usque Livornum; cum magno gaudio intelligam usque in illum portum feliciter navigasse.

Egi cum bibliopola operis de *Appellationibus*, ipsumque requisivi qua iustitia me solvere faciat tredecim exemplaria, quae Illustrissima Vestra Gratia consignavit Patri Magistro a Sancta Flora. Et literis

dati a Domino Maximiliano Bianchini me refutavit, exhibens per authenticum huius viri rescriptum, illa praefata 13 exemplaria ipsi esse defalcata, neque pro ipsis quidpiam pretii recepisce; hinc supplico Illustrissimae Vestrae Gratiae ut Dominum Maximilianum ad se devocari faciat, et veritatem facti exposcere dignetur. Ego vel Patres nostri Romani tenebamur tantum ad nudas istorum tredecim exemplariorum in via factas expensas.

Dominus Nicolaus Du Bois me convenit et supplicavit posse recipere tabulas et notas quorundam manuscriptorum Patris Lupi super Constantiensi concilio: hactenus nihil consignavi, et duxi melius esse, ut si quid eam in rem annotarit Pater Magister Lupus, illa fieri publici iuris per viros nostrae professionis, quam per extraneos. Praestat quoque, ut ipse ex suis scriniis procedat, quam ut omnia arma simul proferamus in campum. Omni interim vigilantia adnitar ut illa, quae praesentibus controversiis sunt apposita, tempore opportuno producantur. Deus Optimus Maximus Illustrissimam Vestram Gratiam suae Ecclesiae diu servet incolumem.

F.F.C., dossier 28, f° 254r-255r.

L. CEYSSSENS et S. DE MUNTER.